4508
CIOL

Prag P. 88
12 copies
not in Berlin

Mundum splendoribus implet.
Refulgens ab Æthere nutrit.
Major in occasu.
Non hesperia nec sidera fluvius
Heroum Magnus Sol Nascens, Maximus Actis,
Major in Occasu MAXIMILIANE manes.
Æthere nunc fixus mundum splendoribus imples,
Multiplicasque jubar Posteritate Tua.
Nicolaus Stuber delin.
F. I. Spatt, Sc. Bavar. Chalcogra. sculp. 1727

Collegij S. J. Monac. 1737

MAGNUS IN ORTU; MAXIMUS IN MERIDIE; MAJOR IN OCCASU SEMPERQUE SERENISSIMUS PRINCIPUM SOL.

MAXIMILIANUS EMANUEL,

Utr. Bav. & Palat. Sup. Dux. Com Pal. Rheni
S. R. Imp. Archidap. & Elector,
Landgr. Leucht. &c.

SEU

APPARATUS FUNEBRIS LITTERARIUS
Extremis Honoribus
Ejusdem
Seren.mi ac Potentissimi Princ. Electoris
Adornatus,

Cùm in Elect. Templo Cler. Reg. Solennes Exequiæ Eidem Piissimè Defuncto Electori celebrarentur.

OPERA

R. P. D. JOSEPHI CAJETANI KHUEN,
Ejusdem Ordinis Theologi.
ET
Super. Permissu publicæ Luci datus.

MONACHII,
Typis Mariæ Magdalenæ Riedlin, Viduæ. Anno 1727.

MAGNUS IN ORTU:
MAXIMUS IN MERIDIE:
MAJOR IN OCCASU
SEMPERQUE SERENISSIMUS
PRINCEPS DUM SOL.

MAXIMILIANUS EMANUEL,

SERENISSIMO
AC
POTENTISSIMO
PRINCIPI
ET
DOMINO, DOMINO
CAROLO
ALBERTO
UTRIUSQUE BAVARIÆ
ET
PALATINATUS SUPERIORIS
DUCI,
Comiti Palatino Rheni, Sacri Romani
Imperii Archidapifero
ET
ELECTORI.
Landgravio Leuchtenbergico:
PRINCIPI
AC
DOMINO CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME
AC
POTENTISSIME
ELECTOR,
PRINCEPS & DOMINE,
DOMINE CLEMENTISSIME.

AD PEDES CLEMENTIÆ TUÆ ELECTOR SERENISSIME, humillima, qua par est submissione, sistitur tandem (non meâ quidem culpâ tardiùs, quàm oportuerat) fasciculus Encomiorum, quibus Glorioſissimæ memoriæ Magni quondam Genitoris TUI, &

Elec-

Electoris MAXIMILIANI EMANUELIS properante pennâ, quia anguſtiâ temporis preſſa, parentare licuit, dum juſta perſolvebantur. Non ea tamen ſiſtitur mente, ut, quaſi lætitiæ publicæ turbator improbus, juſtiſsimis progeminata per TE felicitate Patriæ plauſibus importunas interſeram Nænias, aut Manes evocem, quamquam piiſsimos; ſed, ut totum in ELECTORALI SERENITATE TUA ſuperſtitem, & in ELECTORALI PRINCIPE TUO renatum SUMME GLORIOSUM PARENTEM, ſicque TE TIBI ſtatuam GLORIOSISSIMUM. Neque enim ſola Juris fictione repræſentat Patrem filius, éſtque natus metaphorâ notâ Parentis Imago, ſed totus creditur in Genito Genitor, & Avus in Nepote: nec tantùm ſunt Filiis Parentes ſpeculum, ad quod ſe, ſuásque Virtutes conforment; aut Liberis Libri, in quibus magnitudinem ſuam perlegant, & Gloriam; Verùm etiam, ceu transmigratione quadam glorioſa, etſi non pythagoricâ, tranſeunt magnæ Parentum animæ in Filios Heroas.

Quidni dicam ELECTORALEM SERENITATEM TUAM in ſumme glorioſo Parente SIBI glorioſiſsimam ſiſti in hisce foliis? exhibent hæc immortalem POTENTISSIMI MAXIMILI-

ANI EMANVELIS gloriam ſub ſchemate SERENISSIMI SEMPER PRINCIPUM, HEROUMQUE SOLIS, MAGNI IN ORTU, MAXIMI IN MERIDIE, & vel ideo quoque MAJORIS IN OCCASU, quia duplicato jubare in ELECTORALI SERENITATE TUA ſimul ORIENTIS, indies aucto felicitatis ſplendore per plura, ut optamus, ſecula, orituri, maximæque gloriæ TUÆ, auguſtæ Domûs Bavaricæ incremento, & totius Boici Orbis ſummo bono poſiti in ſignum.

Fuerint auſus mei Icariis non impares, qui, licèt aquilina deſtitutus acie, contemplari, &, velut cereis inſtructus pennis ad ſplendidiſsimum hunc SOLEM elevari præſumpſeram; Inſtruebar tamen poſtliminio facti, altiori conſilio, & afflatu quodam divinatorio hoc in argumentum me fuiſſe deductum, præ cæteris plurimis, quæ Dotum tanta, Virtutum, actorúmq; nimia ſuppeditaſſet copia; ut vel ita majori facilitate parentalia in Vaticinia Epicedia in Epicinia, & in Pæana næniæ verterentur: ex apparente vero TIBI ſub ſchemate SOLIS SERENISSIMO GENITORE TUO fine lituo, ſcypho, vel Infulâ majorem ELECTORALI SERENITATI TUÆ, quàm in AUGUSTO PARENTE mirabamur, gloriam augurari liceret. Divino afflatus ſpiritu è ſacro Codice vaticinor.

Magno

Magno enim vero Proregi futuro, & Memphitici, ut vertebatur Joſephi Nomen à Pharaone, Servatori Mundi ſi ſummæ hujus Gloriæ præſagio fuerat viſus a filio ſub Solis figura Pater, venerabundus majorem Parente natum futurum: jam non ſub aurea Cortina locutus Apollo, ſed SERENISSIMUS IPSE tanquam SOL toties SERENITATI TUÆ ELECTORALI viſus GENITOR, atque in his paginis iteratò TIBI apparens ad ſummum jam tendentem Gloriam TUAM nunquam non majori augendam incremento præſignat, ceu Gloriâ plenum Opus. Et hoc ipſum eſt, quod, cum Patria tota, totus vovet, & nunquam ceſſaturis votis è cœlo precatur ELECTORALI SERENITATI TUÆ humillime dicatus Clericorum Regularium Ordo; Hoc eſt, quod infimus ego, ceu futurum, firmiſſimè teneo, auſpicor, & voveo, atque ut fovere digneris Clementiſsimo obtutu provolutum cum oblata opella ad PEDES Tuos demiſsiſsime ſupplex rogo

ELECTORALIS SERENITATIS
TUÆ

Humillimus Obſequentiſſimus

Joſephus Cajetanus Khuen
Cler. Reg.

EPITOME
APPARATUS FUNEBRIS
QUALIS
IN EXEQUIIS SOLENNIBUS
GLORIOSISSIMÆ MEMORIÆ
MAXIMILIANI
EMANUELIS
ELECTORIS ac DUCIS BAVARIÆ
In Aulico Electorali Clericor. Regul. Templo
JUSSU
Sereniſſimi ac Clementiſſimi Principis & Domini
CAROLI
ALBERTI
ELECTORIS HÆREDIS
Conſpicuus reddebatur.

NUnquam Heſperus tetro magis triſtitiæ peplo non aulam tantùm, & Metropolim, ſed univerſam quoque Bavariam & Palatinatum Superiorem contegere viſus eſt, quàm veſpero illo, quo, pullatus ipſe, quarto Calendas Martij nuntiaturus apparuit occidiſſe Solem, nec illum ſolùm, qui ſingulis diebus redire jubetur; Sed qui plura per luſtra Bojariæ Sereniſſimus ſemper illuxit: *Maximilianum* nempe

Emanuelem, quondam Electorem, ac Bavariæ utriusque & Palatinatûs Superioris Ducem, &c.

Timere quidem jam jusserant tam lugubre fatum, quæ trahere in occasum videbantur prænuntia signa morborum, unde nihil non factum, quo precibus, & Votis moveretur Numen, ut tardare Parcas juberet: At æneum se se cælum ostendit, tamque irrita esse voluit medicamina cuncta; ut Libithinæ resistere nemo posset. Ergo & inscrutabili Dei consilio cedere oportuit, &, quæ jam non permittebantur ciere populum ad cantandas Deo laudes, ob restitutam salutem, æra Campana aulici Clericorum Regularium Templi, provocare lacrymas, & luctum indicere, lugubri per integram horam sonantia Tono, debebant.

Quemadmodum autem solo planctu agendis non sat bene consulimus, ita jam ad ea vertendus erat animus, quæ funeri curando necessaria spectabant. Prohibuerat Serenissimus ipse decedens discindi exanime corpus, & aromatibus condiri; quapropter tumulo celerius inferendum erat, & omnia breviori manu expedire necessum; Aperuerat quoque mentem suam, quàm fixum sibi fuerat semper, quòd objens Serenissimorum Parentum exuvijs jungi deberet, ut defunctus iisdem esset corpore vicinus, à quibus Pietatis studio nunquam recesserat, eandémque cùm illis reperiret Anastasin ad vitam immortalem, quos dedisse mortalem semper meminerat; atque adeò tam piæ voluntati non contraire sacrosanctum omnibus fuit.

Huic igitur servando Depositi Clericorum Regularium Templum servire debuerat, ibi enim sub ara maxima, ac velut ipso Eucharistici Numinis Sacrario sibi, & Successoribus Quietis locum constituerant fundatores Munificentissimi dicti Templi, Serenissimi Principes *Ferdinandus Maria* Elector, & *Adelaïs* Electrix, & jamjam cum aliis suis filiis, ac Nepotibus Serenissimis quiescunt. Dicto proinde Tumulo, uti Templo, quarta post obitum die, eâ, qua decebat, magnificâ pompâ inferebatur; cujus ritum describere supersedemus, utpote ab aliis notatum cum cæteris, quæ funus concernunt præcedenti quoque quatriduo excultum.

Exequiis dein Solennibus, quas Eodem in Templo celebrare convenerat, quo tanto Principe, ac Filiali amore essent condignæ, Serenss. Hæres deesse nequidquam voluit, quod ad Magnificentiæ famam desiderari poterat; unde locare operam omnes fuêre jussi, qui sive construendo Mausolæo, sive alii Apparatui funebri reperiebantur idonei; & idcirco etiam Musas Theatinas decuit, ut, quantum permitteret angustia temporis, conferrent, nec præficas solùm agerent, sed Encomii nonnihil adicerent, immortali semper jam aliunde, Principis Famæ.

Et

Et Architecti quidem cum pictoribus suas fecêre partes eo artificio, ut Mausolæum surgeret cujusvis Regis funere non indignum, sive molem spectes, sive ornatum; Altitudine quippe sua Nonaginta, & amplius cubitos emetiebatur, ipsúmque templi tholum, vix non attigerat, figuram verò perfectiorem imitabatur, cùm Octonis suffulta columnis, inferne in octangularem ferme concamerata hæc moles superne in quadrilateram & scansilem pyramidem desineret, ad culmen usque tota flammifera, & ducentis supra mille facibus, cereis, ac luminibus clara. Ornatum verò dedêre, & quæ à Columnis pendebant trophæa innumera hostibus devictis, præcipuè Turcis erepta; & quæ geminas inter columnas in quaterno latere tristitiam spirantia sedebant totidem simulacra affabre efficta virtutum Cardinalium, queis condolere, ob extinctum cultorem earum Maximum, jubebantur omnes, perbrevi singularum basi inscriptione appositâ; Nec minus, quæ circumstabant octonis in gradibus plane ducenta candelabra argentea, cum maximis deauratis in singulis angulis Mausolæi leonibus, ornabant Molem, & magnificentiam augebant, cui ne quidquam detraxerat color, nigrescens quidem in fundo, at tanto obductus auro, ut splendere magis, quàm lugere, moles videretur; Qualis porrò fuerit decor honorarii Tumuli, cui prerioſum conopeum, & aulæum, è testudine Mausolæi pendulum, incumbebant intra ipsam structuram, facilè conicies, exteriora miratus; impositus ille conspiciebatur magnæ Urnæ sepulchrali, quam quatuor symbola aureo colore depicta ornaverant, explicativa doloris concepti à Sereniſſima Conjuge, Prole, Domo Bavarica, & Patria, super Occasu huius Principum Solis: & viduata exhibebat Insignia omnia Electoralia, & Ducalia magno singula pretio conspicua; denique nihil erat, quod non Majestate dolori mixta raperet oculos, & in sui admirationem vocaret.

Nec minor fuerat, reliqui Templi ad hasce celebrandas exequias parandi conatus in illis, qui totum ejusdem ambitum tristi panno vestiendum assumpserant; quàm enim nullis fuerit visum sumptibus parcere, ex eo collige, quòd à coronide totius Testudinis ad pavimentum usque tecta omnia nigerrimis pannis apparuerint, Et tam lugubrem quidem faciem mitigare conabantur, quæ de columnis majoribus, singulisque congruis spatiis, ac ipsis arcuum hiatibus pendulæ erant plurimæ picturæ symbolis, Inscriptionibus, ac Heroicis factis Defuncti refertæ; Horrorem tamen omnem depellere non valebant, ipsóque jam primo obtutu docebat apparatus totus, quæ agenda erant, & cui parentare fuerat constiturum.

Quid verò Musæ contulerint litterarii Apparatus, nunc quidem exprimendum quoque foret, sed melius sequentia pandent, cùm hîc solum

lum argumentum, ejúsque divisionem manifestare sit visum; Argumentum porrò toti vitæ cursui explicando idoneum nullum magis videbatur Auctori (totus enim labor uni capiti incubuit) quàm desumptum ex ipso tempore, hora, & signo, in quo decessus ipse tristissimus Bavariam funestavit: Occiduo quippe Sole, & vix signum ultimum Zodiaci ingresso occumbens Serenissimus, uti revera inter Principes sui ævi erat, quod inter Planetas, & sidera Phæbus, ita occasionem suppeditare putabatur sub Allegoria SOLIS, qui totum Heroicarum Virtutum Zodiacum duodena per lustra laudatissimè emensus fuerat, & tandem in ultimo signo seu lustro occasum non abhorruit, Dotes, cursumque vitæ in prospera æquè ac adversa fortuna, mirandum, nonnihil, & obiter potiùs perstringendi, quàm describendi.

Nec tale argumentum aptè per interiorem Templi ambitum distribuere difficilè erat, ipsum enim hoc docebat Templum, nec ullum meliùs, quàm hoc idem Divo CAJETANO ob impetratam ab hoc Thaumaturgo Nativitatem MAXIMILIANI EMANUELIS à Serenissimis Ejus Parentibus ex voto nuncupatum, & in æternæ gratitudinis Monumentum erectum tam splendidè, ut cernitur; maximè, cùm idipsum recipere debuerit denatum, ob quem natum è fundamentis nascebatur. Sic quippe ortum ponere huic Soli licebat in eo templi latere, quod Aram sancto Patri Sacram continet; Inde deducere cursum per duodecim signa Zodiaci ad inferiorem, eamque longiorem Ecclesiæ partem, in quo totidem spatia congrua reperiuntur, quæ duodenis lustris, uti signis serviant, præter sex Arcus, in quibus Heroica facta appenderentur; Lateri, in quo Ortus constituebatur, aliud è diametro respondens, & Aram Deiparæ præcipuè, totíque Sacræ Christi prosapiæ sacratam continens, occasum vel ideo aptissimè recipiebat, quòd sub Tutela gloriosissimæ Matris Virginis felicem clausulam vitæ sibi tanto certiùs Devotissimus Eidem Princeps promiserat, quanto potentissimum Ejus præsidium in vita senserat, & mereri studuerat. Denique, quemadmodum Solem veluti sepultum fingimus, dum in Hypogæo detinetur, ita pars illa Templi, quam Chorum, & Presbyterium vulgò nominamus, & Ara Maxima, ac Eucharistici Numinis Sacrarium occupat. servire debuit ultimæ conditioni Allegorici SOLIS nostri, quam post Occasum obtinet, utpote in qua tumulari voluit, diémque illam exspectat, qua resurgere fuerit jussus ad immarcessibilem gloriam.

Argumento ita quadripartito juxta quaterna templi spatia, & Solis diurna tempora; Quatuor illius Ortui, & quaterna Occasui symbola cum suppositis Inscriptionibus dabantur; duodena Meridiei, seu Zodiaco, & Octona quiescenti in tumulo, ceu nocturno tempori. Singulis

gulis Aris majoribus ſua quoque ſpecialis affixa fuit Inſcriptio: Altari quidem Maximo expreſſiva Generaliter, cujus funeri, & à quo Apparatus iſte parentalis, ac luctuoſus deſtinatus fuerit; Aræ *D. Cajetani* Euchariſtica, & Beatiſſimæ Virginis Deiparæ Vatidica. Nec minus Porta major Templi tam exteriori facie, quàm interiori, magnam obtinuit Tabulam cum Metrica Inſcriptione; exterius quidem Indictoriam funeris Chroniſtico Metricam; interiùs verò monitoriam abeuntis ſpectatoris, vel Lectoris. Sub hiatibus Arcuum minorum pendula geſta Heroica *Maximiliani Emanuelis*, de plurimis aliqua, brevi carmine animabantur, cùm plura non admitteret Simetria ab Architectis obſervari ſolita Sicque egère partes ſuas Muſæ, quantum Anguſtia temporis, & vires permiſerant, Veniâ ſemper dignæ, etſi infra meritum Tanti Principis ſerperent, effectæ inopes ipsâ copiâ, & adſtrictæ exiguo Tabularum ſpatio, quod pauciora capiebat, quàm in Auctoris calamum prima ſtatim de conceptione fluxerant, reſtrictionem tolerare juſſa, correctionem non obtentura, dum prælo committenda fuerant, ne ex toto à ſe diverſa viderentur, dum ſecundò oculis ſubjici debuêre; Hinc Lectoris Benevolentia parcet, ſicuti parcere piiſſimos Manes erepti Principis tanto ſperandum eſt ſecurius, quanto à laudibus ſuis, cothurnatisque Elogiis alienum novimus Defuncti animum. Fruere igitur æquo animo laboribus, & benigna cenſura apud te luant, quæ tumultuario opere oculos incurrunt minùs digna eo Heroum Principe, quem nullus ſatis dilaudare poterit melior Parnaſſus, & ſola gloriola, & poſteritati manſura Memoria merito coronabit lauro.

Die
Grosse in dem Aufgang/
Gröste in dem Mittag/
Grössere in dem Nidergang/
Und allezeit

Durchleuchtigiste Fürsten-Sonne

MAXIMILIAN EMANUEL

In Ob- und Nider-Bayrn/auch der Oberen Pfaltz Hertzog/ Pfaltz-Graf bey Rhein/ deß H. Röm. Reichs Ertztruchseß/ und Chur-Fürst/ Land-Graf zu Leuchtenberg/ ꝛc.

Oder

Lobreicher Leich- und Trauer-Pracht/

Welcher

Auf Ihro Chur-Fürstlichen Durchleucht

CAROLI ALBERTI

Jetzt Regierenden Glorwürdigisten Chur-Fürstens

Gnädigisten Befelch

Höchstgedachten

Den 26. Febr. From-seeligist abgelebten/ und in der Chur-Fürstl. Hof-Kirchen bey denen Wol-Ehrwürdigen PP. Theatinern/ oder Regulirten Priestern

Beygesetzten Chur-Fürsten

Bey denen daselbst prächtigist gehaltnen drey-Tägigen Leich-Besingnussen errichtet/ mit Lateinischen Sinn- Lob- und Beyschrifften

Von R. P. D. JOSEPHO CAJETANO KHUEN ermeldten Ordens Priesteren geziehret/

Und von eben demselben auf Verlangen viler wohl-gesinnten Patriotischen Gemüther in das Teutsche übersetzet worden.

ZU DIE MILTIGISTER VEREHRUNG/ HÖCHSTERSAGTEN CHURFIRSTENS.

Gedruckt zu München, bey Maria Magdalena Riedlin, Wittib, Anno 1727.

Kurtzer Begriff
Deß herrlichen

Trauer-Gepräng/
Welches
Bey denen drey-Tägigen Leich-Besingnussen

Dem Glor-würdigist-abgelebten
Weyland

Durchleuchtigisten Chur-Fürsten
MAXIMILIANO EMANUELI
angeordnet worden.

EInmal hat der anbrechende Abend mit einem mehr verfinsterenden Traurschlayr nit nur den Chur-Bayrischen Hof/ und die Residentz-Stadt München/ sondern gantz Bayren/ und die Obere Pfaltz verhüllet/ als eben selbesmal/ da der selbst beruor seyemende Hesperus, oder Abend-Stern den sechs und zwaintzigisten Hornung erschinen/ umb anzuzeigen/ daß zu Gnaden gangen seye die Sonnen/ und nit allein jene/ welche täglich widerumben aufzugehen von GOtt befelchet ist/ sondern auch die grosse Fürsten-Sonne/ welche durch 63. Jahr so wol denen Chur-Bayrischen Landen/ als dem gesambten Europa allzeit Durchleuchtigist vorgeleuchtet: will sagen/ daß MAXIMILIAN EMANUEL weyland Churfürst deß H. Röm. Reichs/ und Herzog in Bayren/ auch der Obern Pfaltz/ ꝛc. ꝛc. dises zeitliche Leben geendet habe.

Solch Betrübnus-reichistes Verhängnus hatten zwar schon befördtlich deuten wollen die vorgehende Zeichen der Schmertz-vollen Zustände/ und alle Artzney-Mittel entkräfftende Kranckheiten; Der Ursachen man auch den mildreichen GOtt unabläßlich in allen Kirchen durch eyffrigistes Gebett/und Bitt-Gänge angeflehet/ damit er solch traurigen Zufahl gnädigist abwenden/und den also höchstbeliebten Fürsten noch länger vergönnen wolle; Der Himel jedoch scheinete auß Aertz gegossen/und hatte schon ein anderes in seinem unwiderrufflichen Rath beschlossen; Dañenhero/nachdeme zum anderten mahl selben Tags die bey denen Regulirten Priestern in der Churfürstl. Hof-Kirchen gemachte mildseelige Stifftung für die in Zügen Ligende das höchste Guth außzusetzen/ und eine halbe Stund für die Sterbende umb einen glücklichen Abtruck zu betten/ dem Durchleuchtigisten Churfürsten auf eine besondere Weise von denen gesambten Patribus Theatinis eyffrigist zugewendet worden/ müsten die Gloggen diser Hof-Kirchen (welche mehr bereittet waren das Volck zu einem Danck-Fest umb die wieder erhaltene Aufstellung deß Gnädigigisten Lands-Fürsten mit fröhlichen Schall zu beruffen) mit kläglichen Thon eine gantze Stund hindurch den allerbeschmertzteften Fahl der gesambten Stadt verkünden/ und jede die abgeleibte grosse Seele mit dem Gebett zubegleitten ermahnen.

Was ferners bey/und mit solcher Hoch- und Churfürstlichen Leiche vorgenommen worden/ist allhier einzutragen unnothwendig/nachdemahlen hierüber ein ordentliches Hof-Diarium bereits in Truck gegeben zusehen ist; welchermassen aber auf deß Durchleuchtigisten Chur-Erbens/ und dermahlen würcklich glorwürdigist regierenden Chur- und Lands-Fürsten Gnädigisten Befelch ersagte Hoff-Kirchen (als in welcher der theure Leichnamb dessen Durchleuchtigisten Herrn Vatters/ und Frauen Mutter/wie auch Herren Gebrüder/ und Söhnen entseelten Cörperen beygesetzet worden/ und darumben umb so mehr denen prächtigen Leich-Begängnussen dienen müste) so wohl durch die/ von höchst-gedacht Sr. Chur-Fürstl. Durchl. würcklichen Hof-Cammer-Rath/ und Ober-Baumeisters Herrn Joseph Effners Veranstaltung das Trauer-Gerüst/ oder so genanntes Maulolæum betrefend/als auch mit Beytrag einiger Lob- und Sinn-Schrifften von denen PP. Theatinern außgerüstet worden/ ist diſes/ jedoch auch nur so vil beyzubringen/ daß einigermassen entdecket werde/ was deß Authors aller hier unten angefügten Schrifften Meynung/ und Innhalt gewesen seye/ solch'grossen Fürsten mehr in den Schatten vorzustellen/ als nach Verdiensten zu preysen/dann zu disen letzteren er sich allzu unfähig erkennet; derowegen jenen nachfolgen wollen/ welche in den verjüngten Schuch ein grosses Wercke entwerffen/ da sie solches selbst aufzustellen nit vermögen.

So

So iſt auch / was das mehr dann neuntzig Münchner Werchſchuch hohe/und mit mehr als zwölff hundert Wachs-Liechter/Facklen/ und Ampleu ſcheinbahr errichtete Mauſolæum, oder Trauer-Gerüſt belanget; wie ingleichen die Bekleydung deß gantzen Templs mit ſchwartzen Trauer-Tuch/ als ein ſchon beſchribenes Werck/ nit diſes Orths zu widerhollen/ indeme deſſen Anſehlichkeit / und Kunſt den Meiſter / und das in Kupfter geſtochene Caſtrum Doloris alles ſelbſt an Tag legen/und preyſen.

Solchemnach wird dem günſtigen Leſer alleinig geoffenbahret/wie deß Schrifft-Stellers Gedancken ſich fürnemblich nur auf ein Zihl lenden wellen / und unter einer Gleichnus allein das Lob vorzuſtellen geſinnet waren; allermaſſen er nemblich beobachtet / daß der Durchleuchtigiſte Churfürſt/höchſtſeel.Gedächtnus/gleichſam mit der ſichtbaren Sonnen/ und da ſelbe in dem Zeichen der Fiſche / als letzten/ mithin nach vollbrachten gantzen Sonnen-Crayß / von unſerer Welt abgeſchiden / annebens jhme der Titul eines Durchleuchtigiſten nit allein deß hoch-groſſen Stammens / und Würdigkeit halber /ſondern wegen der hellglantzenden höchſt-Fürſtlichen Gaaben / Tugenden / und Helden-Thaten gantz aigenthumblich / und eine Natur mehr / als Titul geweſen; ware die verhofentlich von niemand ſtraffbahre Meynung / unter der Gleichnus/ Titul/ und Verwunderbarlichkeit der Sonnen / und zwar als eine Schein volleſte Helden- und Fürſten-Sonne anzurühmen / welche eben zu gewohnlicher Sonnen-Zeit diſer Welt / und nach geendeten höchſtlöblichen Lauff durch den Sonnen-Crayß groſſer Helden-Thaten/ und Tugenden zu allgemeinen Leyd-weſen entwichen.

Ein ſolcher Gedancken möchte auch unſchwärer als ein anderer / obſchon etwann mehr Sinn-reicher ſich durch die gantze Kirchen erbreiten laſſen / in der Kirchen aber / ſo dem heiligen Cajetan der Regulierten Prieſter Wunder-thätigen Stüfter zugeaignet/am allerfüglichſten/ſo wohl wegen der Aigenthumlichkeit / daß ſolche Kirchen diſem groſſen Wunder-Heiligen auß dem Gelübd deß Durchleuchtigiſten Churfürſten Ferdinandi Mariæ, und ſeiner auch Durchleuchtigiſten Churfürſtin Adelhaid / ſo ſie GOtt gemacht / wann durch die Fürbitt deß heiligen Cajetani ſie eines Chur-Printzens / nach zehen Jähriger Ermanglung gewehret wurden / auferbauet worden / und auch zu ſeiner Grabſtatt dienen müſte; Als auch wegen der Stellung offtgemeldter Kirchen: Dann alſo diente die Seithen/ in welcher der groſſe Altar dickerwehnten heiligen Vatters / der deſſen Geburt erworben / den Aufgang ſolcher Sonnen anzudeuten auf deſſen Fürbitt; Das Langhauß zu Vorſtellung deß Sonnen-Lauffs durch die zwölff Zeichen / weilen Maximilianus Emanuel nach denen unmündigen Jahren ſechtzig Jahr vollſtrecket / welches zwölff Luſtra, oder fünff Jährige Zeiten außmachet; Die Set-

then / in welcher der grosse Altar der seeligisten Mutter GOttes / und der heiligisten Anverwandtschafft Christi sich befindet / für den Nidergang solcher Sonnen / als welche durch die Mütterliche Huld Mariæ. Dero der Abgeleibte mit Söhnlichister Lieb jederzeit eyffrigist beygethan ware / umb ein glückseeliges Hinscheiden zu erwerben. Der inn- und äussere Chor aber / unter welchen sein entseelter Leib ruhet / zu Vorbildung deß Stands der Sonnen / nachdem sie nidergangen.

Also wurden gestellet / und an die Wende der Kirchen über die schwartze Tapeten aufgehangen: Erstlich acht und zwainzig gemahlne Sinn-Bilder mit ihren kurtzen ob- und darunter hangenden grösseren Lob-Schrifften / deren vier dem Aufgang / so vil dem Nidergang / acht dem Ruhestand / und zwölff dem Lauff der Sonnen durch den Thier-Kräys gegeben worden: So dann wurde auf jeden Fürhang / so die grosse drey Altär schwartz / und gantz bedeckten / eine groß geschribne Deutungs- Schrifft angehäfftet. Ob dem mitteren Kirchen-Thor aber von aussen ware zu sehen ein grosses Sinn-Gemählde mit etwelchen Versen / so die Jahr-Zahl enthalteten; Ob eben disem Thor hingegen von innen / abermahl unter einem grossen Gemählde ein mit gebundener Rede leßliche Ermahn- und Beurlaubungs-Schrifft: Mehr waren die sechs Bögen der kleineren Capellen mit so vil Helden-Thaten deß Abgeleibten behangen / unter deren jeden zwey Vers kürtzlich den Preyß deß solche außübenden Churfürstens angezeiget; An dem Castro Doloris endlichen (obschon an dessen Erfindung der Author keinen anderen Theil hatte) wurden denen vier Bildnussen der Haupt-Tugenden kurtze Schrifften beygesetzt / so zur Klag ermahnten / an dem Stock aber / auf welchen die Sarche gestellet / vier Sinn-Bilder mit ihren Sprüchen angehäfftet; welches dann alles zu Erfüllung deß Verlangens bestmöglich / von Wort zu Wort nach dem Latein hier in das Teutsch über- und beygesetzt zu lesen seyn wird.

Geniesse günstiger Leser die guthertzige Bemühung / und verschone darumben dem Authori eine straffende Beurtheilung aufzufallen / der selbsten willig bekennet / daß er weder eine Poëtische / weder solches grossen Fürstens unerreichlichen Lobwürdigkeit gleichständige Fähigkeit besitze; In grossen Dingen wird der gute Willen für das Werck angesehen.

In Magnis voluisse sat est.

In.

Inſcriptio Prima.

SErvando Ordini Inſcriptionum prima legenda eſt, quæ fuerat Indictoria funeris, & luctûs, ac foribus Templi, in quo Exequiæ Solennes celebrandæ erant, ſupra majorem Portam, exterius, appendebatur ſub Tabula, in qua videndus erat Sol ingreſſus ſignum Piſcium, ceu ultimum Zodiaci, cujus faciei Libithina, Pictoriam ſimulans artem, ſui, & veluti Calvariæ ſimilitudinem penicillo funeſto inſcribere inceperat, Bojariæ Genio id fruſtra prohibente; Penes, & ſubtus Libithinam Bina in ſceletorum formam conſpicua ſimulacra emortua ſedebant, triſtémque inſonantia leſſum ambo tenebant pannum, cui dicta Inſcriptio erat inſerta ſuis litteris Chronoſticis diſtincta. utpote Chronoſtico-Metrica, Verbis ſequentibus.

O! POPVLI; IACET EMANVEL, SAT TRISTIA DIXI.

LVGVBRE, QVÆ PATVLA EST, HÆC PANDIT PORTA THEATRVM.

INGREDERE, AC CERNES, QVÆ NOX, ET THEMATA FVNVS

OCCIDVI BOLLIS PHÆBI SAT SVGGERIT VNVM.

AT PROHIBET, SOCIVS NISI QVIS VELIT ESSE DOLORVM,

QVOD SPECTATVRVS VENIAT SVA PLANGERE SOLEM

SIDERA, VEL TANTVM EXPLORET, QVÆ FACTA PARENTENT.

Erſte Beyſchrifft.

DJe gebührende Ordnung zu halten ſolle zum erſten dem Leſer vorgeſtellet werden jene Beyſchrifft / welche zur Traur- und vorhabender Leich-Begängnus die Eintrettende in die Kirchen einladen / und entdecken ſolte / weme ſolches Gepränge verordnet / und über weſſen Todt-Fahl das Leydweſen gebühret; zumahlen dann unter der Gleichnus der entwichenen **Fürſten-Sonnen** die Lobwürdigkeit deß abgeleibten **Durchleuchtigiſten Chur-Fürſtens** vorzuſtellen das Vorhaben ware / wurde ob der groſſen Porten deß Templs eine vier- und zwaintzig Schuch hohe / und achtzehen breitte wohlaußgezierte Tafl aufgehangen / in welcher entworffen zu ſehen geweſen der Sonnen-Circkl / oder Thier-Craiß; und da die Sonnen das Zeichen der Fiſche / als letztere nach vollendten Lauffe eingetretten / wurde derſelben der Untergang angedeutet mit deme / daß Libithina, unter welcher die Dichter auch die Sterblichkeit verſtehen / die Mahl-Kunſt unternemmend / in das Angeſicht der hell-glantzenden Sonnen zwar mahlet / aber nur ihre / und eines Todten-Haupts Gleichnus / ob ſchon der Deut-Geiſt deß Durchleuchtigiſten Chur-Hauſes / oder Bayrlands diſe Betrübnus bringende Vorſtellung hintern wolte; unter ſolcher Figur entwarffen die Mahler mehr andere außgedörrte Todten-Bilder / welche theils Farben reiben / theils die Traur-Poſaunen anblaſen / und zugleich das Blatt halteten / auf welchem die Schrifft zu leſen ware / welche mit einigen Reimen angedeutet / was hier beſchehen / und Vorhabens ſeye; Solche Vers, gleichwie ſie in dem Latein alle / und jede die Jahr-Zahl zumahlen auch enthalten / werden auch hier in Teutſch ſolchermaſſen / ob ſchon nit alle / gegeben / und ſeynd folgende.

ACh! Daß eMan VeL LIgt:
Kan tra Vr-Werths gn Veg ſagen /

EIn ThIIr hIer offen ſIChſt
ꝛVM PLatz/ WoDIr ꝛV LagenI

ErItt n Vr hIneIn / ſo WIrD ſICh
Mehrer VrſaCh ꝛeIgen /

AVCh Der Sonn Vntergang
MVß ſChon ꝛVr Tra Vr neIgen.

Dem doch verbietet man
Den Eingang / der vergſellen

Mit denen ſich nit will /
Die ſchmertzlich Leyd anſtellen /

Vnd ſchauen wolte nur /
Wie jhre Sonn beklagen

Die Sterne / und was hier
Das Klagwerck wolle ſagen.

Secunda


N. Stüber. delin.
5
10

N. Huber. delin.
5
10
20
30
40
pieds de paris
Fl. Speeth. scul.

Secunda Inſcriptio.

INgreſsis, ad quod invitabantur, lugubre Theatrum, prima quidem facie occurrere debuerat illa Inſcriptio, qua ſignificabatur, cui, & à quo, vel cujus Imperio totus iſte Apparatus funebris inſtructus erat, atque adeò, cum Mauſolæi Moles Primarii Altaris conſpectum ſua Magnitudine ferme totum eripiebat, in primo Mauſolæi Hiatu appendenda fuiſſet. Quandoquidem autem ſtructura dicti Mauſolæi ad Regulas artis Architectonicæ magis, quàm ex dictamine Auctoris litterarij Apparatûs pendere debuerat, ibidem locum invenire non potuit; Unde, quoad locum ſuum primitus debitum quoquo modo haberet, adhuc Aræ Maximæ Velo affixa fuit ſequens Inſcriptio Graphica potiùs, quàm verborum phaleris exornata. Litteris tamen depicta majoribus inter Inſignia Bavaricæ ſtirpis, quæ nigrum Velamen Altaris Magna Cruce albicante diſtinctum marginabant quadripartita.

MAXIMILIANO
EMANUELI
ELECTORI:
OCCIDUO PRINCIPUM SOLI;
HEROUM PRINCIPI;
FIDEI DEFENSORI;
TURCARUM TERRORI;
ORBIS DELICIO,
CUNCTORUM SOLATIO;
NON SOLUM SUO, SED OMNIUM
AMABILISSIMO PATRI

CAROLUS
ALBERTUS
INELUCTABILI JACTURÆ VIX SUPERSTES
AMARISSIMAS INTER LACRYMAS,
PIISSIME PARENTAT
ET VOTIS PARENS PARENTUM TUMULO
LUGENS INFERT

Anderte Beyschrifft.

NAchdemahlen man den Traur-Platz / zu welchem die erste Schrifft geruffen hat / eingetretten / hätte zwar vor allen sollen in das Gesicht kommen jene Haupt-Schrifft / durch die geoffenbahret wird / weme / und von welchem / auch auff weissen Befelch alles dises Leich-Gepräng gehalten werde; Alldieweilen aber das Traur-Gerüst / an welchem dergleichen Schrifft der Regul nach hätte zu lesen seyn sollen / dem Herrn Hof-Baumeister / und seiner Kunst-Erfahrenheit / nit dem Sinn-Schrifft-Steller anzuordnen übergeben worden / muthin solches mehr nach der Bau- als Dicht-Kunst gehalten wolte werden; Hatte ersagte Schrifft allda keinen formlichen Platz. Wurde solchemnach an dem gäntzlich mit schwartzen Tuch / welches mit einem weissen Creutz / und den Chur-Bayrischen Wappen-Zierden bemercket ware / bedeckten Hoch- und Chor-Altar angehefftet / damit sie also doch das fürnehmste Orth behauptete; ob schon das Mausolæum, oder herrliche Traurer-Gerüst wegen seiner ansehlichen Höhe / und Grösse die vollkommene Ansichtigkeit solcher Schrifft in dem Eintritt benommen. Selbe bestunde nach der alten Gebrauch mehr in deut- als zierlichen Worten / die übersetzet / lauten zu Teutsch also.

MAXIMILIANO EMANUELI Chur-Fürsten

Der untergangenen Fürsten-Sonne /
Einem Fürsten der Helden /
Beschirmer deß Christlichen Glaubens /
Und Schröcken der Türcken /
Der Ergötzlichkeit aller Welt /
Dem allgemeinen Trost /
Und nit nur seinem /
Sondern jedermanns
Lieb-reichesten Vattern
Hat

CAROLVS ALBERTUS Chur-Fürst

Und dem unwidertreiblichen Verlurst
Kaum übrig verblibner /
Unter den allerbitteristen Thränen /
Gegenwärtiges Traur-Gepräng
Fromseeligist angeordnet /
Nachdem er Ihne /
Zu Folge deß Verlangens /
Dessen Vätterlichen Grabstatt
Beysetzen lassen.

Tertia Inſcriptio.

VT Orientem finximus illo in Templi latere, quòd Aram continet Magno PatriCAJETANO ſacram, utpote à quo Ortum habuit Allegoricus Sol noſter, ita Inſcriptione ſpeciali monenda fuerat Bavaria, ut quam felicitatem, lætitiámque, Nato MAXIMILIANO EMANUELE, nacta fuerat, in acceptis referat Thienæi Patrocinio; Niſi enim per octo & ampliùs annos Hærede deſtitutis Parentibus Thaumaturgi hujus merita impetràſſent Hunc Principem, tot jam poſteritati lucentia ſidera Bojaria non haberet. Id, quod publicis tabulis, & Marmori inſcriptum ad Valvas interioris Templi, in æternæ Gratitudinis Monumentum idcirco extructi, teſtatum voluère Sereniſsimi Principes FERDINANDUS MARIA Elector, & HENRIETA ADELAIS Electrix. Sequentem proinde Inſcriptionem appendi curavimus Velato Altari dicti Patriarchæ, quam licèt non totam capere poterat anguſtior effecta, quàm juſſeramus Mappa, hic integram dare voluimus.

C THAV-

THAVMATURGO
MAXIMO,
MAGNOQUE PATRONO,
CAJETANO
THIENÆO,
Immortales redde Grates,
Felix BAVARIA;
Quòd
MAXIMILIANO
IN
EMANUELE,
Non Tibi Soli,
Sèd Chriſtiadum Orbi Univerſo,
Oriri fecerit
Splendidiſsimum SOLEM.
Triſtitiæ Umbris preſſa
Languebas
Tamdiu deſolata,
Quamdiu ſola in Principibus Solis;
Deerat hoc unum felicitati Tuæ,
Quod Poſteritati deeſſe videbas.
Luminaria Magna,
Quæ venerabunda ſuſpexeras
In Principibus Tuis,
Tot annis
Generato ſine Radio cernens,

Extinguenda timebas, antequam parerent,
Paritura tunc quidem
Sed præter tenebras infortunij nihil!
Pulsabas Cælum precibus, & Votis,
Ut Principum Parentem cerneres in Filio,
Quem Patriæ Patrem jam colebas
In Principe:
Sed incassum.
Unus post varia Vota,
THIENÆUS erat,
In quem jacta fiducia fidem non falleret,
Cui fallere fidem ipsa noluisti
Templo promisso.
Figendæ nimirum in providum Numen,
Nunquam fallituræ fiduciæ Auctor,
Ille fuerat,
Qui Luminum Patri hoc ipso charior,
Bojco Mundo
Impetrare potuit
Magnorum Luminum Patrem.
Replica nunc vota Tua,
Lugens BAVARIA
Ut quem emmenso laudatissimo Cursu
Repetitum doles Principum Solem,
Fixa inter sidera locatum sentias,
Et duplicato jubare,
Renatum in Filio,
Servatum videas in plura sæcula.

Dritte Beyschrifft.

DIse wurde angehefftet dem grossen schwartzen/ und mit einem weissen Creutz untertheilten Tuch / welches den Altar deß heiligen Vatters Cajetani bedecket / zumahlen / wie oben gemeldt / der grossen Fürsten-Sonn / der Außgang vorgebildet werden sollte auf jener grossen Seithen-Capellen / in welcher der Altar ersagten Wunder-thätigen Patriarchens sich befindet; indeme durch dessen mächtige Fürbitt dem Durchleuchtigisten Hauß Bayren diser erwünschte Chur-Erb nach zehen Jährigen Seufftzen/ und vergeblichen Hoffen auff andere Mittel / auff beschehenes Gelübd ihme eine herliche Kirchen zu erbauen / und seinen Orden einzuführen / erworben worden; Wie wegen diser erhaltenen Gaab auch der Baue alsogleich erfolget / und durch offentliche Zeugnus / durch in Marmor-Stein gehauene ob der Kirch-Thür stehende Schrifft / und sattsame allgemeine Erkanntnus an Tage ist; Damit dann das gesambte Bayrland den glor-reichen Patron / oder Schutz-Heiligen / dem heiligen Cajetan zu jederzeit danckbar seyn wolle umb solch gegebene helleuchtende Sonnen / ohne welche solches also vile Durchleuchtigiste Liechter nicht geniessete / hat folgende Danck- und zur Danckſagung ermahnende Schrifft aufgestellet werden sollen; Welche zwar etwas länger hier scheinet/allein nur das zum Beysatz hat / was der zu eng geweste Platz der Taffel nit fassen können / ob schon auß der Feder deß Authors gleich Anfangs diſes geflossen ware / was in Latein gelesen worden; Solches hätte die Verdollmetschung etwann auch in der Arth der Innschrifften / so man in Stein zu hauen pfleget / geben sollen / füglicher jedoch hat es die Reimb-Kunst übernommen auf eine gebrochne Arth zu binden / folgender Weiſe.

Dem

Dem
Grossen Wunder-Mann/
Der auch zumahlen
Dein starcker Schutz-Patron;
Dem Patriarchem
CAJETAN,
Sag/ an statt allen/
Unsterblich Preyß/ und Dauck/
Du höchst
Beglücktes Bayerland/
Daß Er/
Nit dir allein/
Auch gsambter Christen-Welt/
An dem
MAXMILIAN,
Ein helle Fürsten-Sonn/
Durch Fürbitt hab gestellt.
Welch' eine finstre Trauer-Wolck/
Hat lang dein Volck/
Und dich vil Jahr umschattet/
Biß dir vom Himmel seiner Zeit/
Zu aller Freud/
Ein Erb-Sonn ward gestattet?

Nur deinem Glückstand hat das noch ermanglen können /
Was auch ermanglend Ihr/die Nachwelt muest erkennen;

Zwey grosse Liechter zwar
Hast du geehrt an denen /
Die man Durchleuchtigist in allen muste nennen ;
Dich quellte doch fürwahr /
Daß Sie verscheinen kunten/
Bevor ein Erbliecht Dir gebohren ward befunden ;
Dann ob schon diſes noch
Dir was gebähren soll /
Wurd die Geburt nur doch
Seyn Unglücks Schatten-voll.
Hastu nun vil Gebett
Zum Himmel abgeschicket.

Damit auch sehen möchst in deme dich beglücket /
Das Fürsten Vatter der zu seyn auch wurd gewehrt/
Den man deß Vatter-Lands ein Vattern schon verehrt;

Jedoch nur CAJETAN
War jener Wunder-Mann /
Zu dem die Zuversicht/
Die/ mit verspröchnen Templ/Vertrauens-reich geſetzt/
Hat fehl geschlagen nicht :
Wie nemblich er gelehrt

Mit Wort und Beyspill stätts/vest setzen das Vertrauen/
Auf das fürsichtig Aug/und GOttes Wort zu bauen ;
Daß hat Er auch bewehrt :

Dann

Dann eben / weil Er hat die Zuversicht erweckt/
Hat sein Verdienst bey GOtt sich dahin hoch erstreckt;
Daß von dem SOttes Thron /

Und Vattern alles Liechts / von dem all Vaterschafft;

Der grösten Liechter Er ein Vattern hat verschafft /
In dem gegebnen Sohn.

Dein Seufftzen/ und Gebett/ anjetzo widerholle/
Betrübtes Bayrland;
Daß der verschaffen wolle /

Der uns benommen hat/solch theure Fürsten-Sonn/
Daß Sie versetzet sey in hellen Himmels-Thron
Und mit vermehrten Glantz
Erneuret in dem Sohn.

Inſcriptio Quarta.

HÆc quidem nonnihil cum mox poſita conformari voluerat; ex induſtria tamen, ſive, quia illa appenſa Altari non ex toto debuit aliud loqui, quàm circumpenſiles, ſive, quòd oculos magis attrahere ſoleant, quæ picturis ſubſcripta videntur, dum nude poſita curioſi prætereunt, quaſi minùs loquentia, ſi ſymbolo careant.

Primum igitur hîc ponebatur ad latus Altaris, (ſymbolum vocare velis, vel Emblema; non contendimus) in quo conſpiciendus erat Phœbus in ortu quidem, ſed non oriturus, niſi manu cælica traherentur Equi quadrigæ, ut Horizontem conſcendant; quo exprimeretur, Solem noſtrum Boicum non fuiſſe ſperandum naturæ viribus, ſed Cœli dono, quod obtinuêre vota ad illum miſſa, penes quem Patavino ipſo Thavmaturgo teſte cœleſtium donorum claves erant eo tempore depoſitæ; nimirum CAJETANUM; unde ſuperſcriptum erat

Epigraphe

Exoratus exorior.

Veritatis Oraculum esto:
Exoratus exorior.
Prodigioso Principum SOLI
Nonnisi Prodigio,
Ortum sperare licuit:
Nam Principes Natura donat,
Heroas Deus.
Quidni diu exoptatus, antequam datus,
Diu post Occasum desiderabitur,

Qui desiderari ante cœpit,
Quàm oriri?
Semper Magnus,
Sive redditus Cœlo spectetur,
Sive donatus à Cœlo,
Jam alio, quàm Ætheris, dono
Expectari non potuit;
Cum Ætheris Nepos Sol habeatur.
Debes Bojaria, Parentum Pietati,
EMANUELIS ortum;
Debes & lætos hoc ortu dies:
Potuit illa sola, quod Natura negavit:
Clausam Auroram Deus,
Nisi conceptis gravidam votis,
Fœcundam noluit,
Quæ fæcundissimum parturire debuit
Bavariæ Solem.
Grandium operum maturanda sunt
Consilia;
Et magno adeò partui novem sufficere
Non poterant Menses
In annos transire debuerant
Ita nascituro,
Ut totidem splendesceret lustris Regens,
Quot detinebatur annis pariendus.
Magnorum tenax Donorum
Cœlum si dixeris,
Tuum id petere Genium credas,
Cui pretiosum esse non solet,
Quod citò venit
Et carè non vænit.

Vierdte Beyschrifft.

DErregtermassen / und Ursachen wurde der Durchleuchtigisten Sonnen der Aufgang in der Capellen deß H. Vatters gestellet / welchemnach auch vier Sinn-Bilder in selber neben den darunter hangenden Beyschrifften den Aufgang etwas mehrers/und Lob-reich anzudeuten gesetzet worden ; in dem ersten wurde Phœbus, oder die Sonnen auf ihren Waagen / wie sie die Sinndichter vorstellen / gemahlen / die im Waagen aber gespannte vier Pferdt von einer auß dem Himmel gestreckten Hand bey dem Zaum angezohen / damit sie im Aufgang erscheinen / und der Welt die Sonnen sichtbar machen sollen /Als solte man hierauß erkennen/daß MAXIMILIANUS EMANUEL gleich einer Sonnen nit zu hoffen gewesen wäre/ wann nit der Allerhöchste auf Vorbitt deß Thienæischen Wunder-Vatters sein Geburt wolte verschaffen / und solches Liecht aufgehen lassen/ nachdeme diser grosse Schutz-Heilige durch das gemachte Gelübd gewonnen worden/ als in dessen Händen / nach beschehener Offenbahrung von dem Wunder-thättigen heiligen Antonio, dazumahlen die Schlüßlen der Gnaden / und Hülff GOttes sich befanden. Der Sinn-Spruch so in Latein sagte: EXORATUS EXORIOR. mag zu Teutsch so vil enthalten.

Den Aufgang und das Leben
Nur Fürbitt mir solt geben.

Solche erklärte mit mehrern die Beyschrifft / welche folget.

Glaub/als ein Warheits-spruch soll das gehalten werden/
Die Fürsten-Wunder-Sonn nit hoffen kundt die Erden/
Wann mittls deß Gebetts ihr nit durch Wunderkrafft
Die Güte GOttes hät den Aufgang selbst verschafft/
Kan Fürsten die Natur/ und grosse König geben /
Verbleibt doch allzeit wahr/GOtt gibt der Helden Leben.
Soll nun/der seuffzend war gewunschen durch vil Jahre/
Nit seyn noch lang beseuffzt / da er jetzt in der Baare?
Soll kein verlangen mehr nach jener Sonne stehn /
Die höchst verlanget war / bevor sie kunt aufgehn?

Ach! solche Unbild wird der ja nit zugefüget/
Die noch höchstschätzbar ist/ auch da sie niderliget.
Fürwahr man soll sie hoch/und immer hoch-groß achten/
Man woll dem Himmel sie schon heimbgestellt betrachten;
Vom Himmel oder vor uns gnädig zugestellt;
Dann allzeit bleibt der Preyß/daß sie GOtt auserwöhlt
Zur sondern Wunder-Gaab; dann Himels-Kind sich neñet/
Als Æthers Enclein/der ein Sonn muß seyn erkennet.
Wem Bayrland aber bist für solche Gaab verpflichtet/
Die deine Trauer-Zeit/ in der du warst/ vernichtet?
Wer war die Ursach/daß den Tag /so Freuden-voll/
Der Aufgang solcher Sonn dir Trost-reich bringen soll?
Sag nur/ zu Cajetan die Andacht Ursach ware/
Die Hoffnung-reich gehägt der Eltern höchstes Paare.
Was die Natur verneint / die Andacht hat vermöget/
Und der die Morgen-Röth verschlossen / ward bewöget;
Daß/ob er fruchtbar schon Sie machen wolte nit/
Biß ihr Hertz schwanger war von Glübden-voller Bitt/
Er nachmahln hat verschafft/ daß Sie gebähren können/
Ein Sonne/ die erzeigt ein Anzahl grosser Söhnen.
So ist es: grosse Werck lang reiffen Rath begehren/
Und ein so theures Kind must grosse Zeit beehren/
Neun Monath langten nit/ so vil Zeit brauchet der/
Der einer Helden-Sonn soll haben Krafft/und Ehr:
Und also offt fünff Jahr scheinbar regieren solte/
Als vil Jahr sein Geburt der Himmel sperren wolte.
Meinst nun Ursach genug/ und Recht ohn Schmach zu-
haben/
Wann du den Himmel neñst lang haltend grosse Gaaben/
Und nur verkauffend sie umb ein sehr theuren Werth?
Red also nit/dann diß dein Wohn von Ihm begehrt/
Der kostbahr achtet nit/ was leicht ist zu erlangen/
Und was nit theur kombt/mit dem kömt man nit prangen.

In.

Inſcriptio Quinta.

ALterum ſymbolum vel Emblema ex parte Ortûs poſitum, Templum exhibebat Divo Patri CAJETANO ſacrum Solem Orientem reſpiciens, utpote propter Ortum MAXIMILIANI EMANUELIS ab hoc Patrono Votis devincto impetratum, ut ſupra jam dictum; cohæret hoc ſymbolum Antiquitati, quæ Apollini (idem eſt ac Soli) Templum inſigne Delphis erexit, cui etiam terris ereptus deeſſe noluit, ſed conſulentibus Oraculo fundendo in reſponſis famam celeberrimam addidit; Uti noſter Apollo illud ipſum Templum, quòd nato erectum, denatus deſerere non voluit, ex quo eruditis multa documenta, ne dicam Oracula erunt capienda, ſi indagare voluerint. Appoſitum habes Auctoris, non ſcriptoris errantis

Epigraphe

Oriens ſua funera ſpectat.

Quàm providè ad Solis Ortum
Posuistis hoc Templum,
Sagacissimi Principes,
FERDINANDE MARIA,
Et
HENRIETA ADELAIS.
Ob SOLIS ortum
A CAJETANO datum

De-

Dediſtis hoc Templum
THIENÆO Patri,
Tam Filio Monimentum Originis,
Quàm Monumentum utrísque
Quondàm futurum.
Non Gratitudinis tantùm Munificæ,
Nec Magnificentiæ ſummæ ſolius,
Teſtis eſſe debuerat
Ad omnem Elegantiæ Normam
Datum hoc Templum;
Situ ipſo teſſera facta eſt,
Quàm exiguo ſpatio
Diſtet Ortus ab Occidente.
Nam unicâ litterâ
Plus habet, quòd morimur,
Quàm, quòd Orimur;
Illâ videlicet,
Quâ ora claudenda.
Felix,
Cujus memoriæ non decedit
Hæc littera;
Nunquam non bona hora claudet
Oculos, & ora,
Qui Oriente cum Sole
Semper ſua Funera ſpectat
Et Monumentum,
Sibi quotidiè ſinit eſſe
Monimentum.

Die fünffte Beyschrifft.

GLeichwie hier entworffen ware die wegen erhaltener Geburt deß abgelebten Durchleuchtigisten Churfürstens zu Ehren offtermeldten Heil. Vatters CAJETANI erbaute herrliche Kirche/wie solche von der aufgehenden Sonnen bestrallet wird; also wurde solches von dem Authore dahin gedeutet/ daß die figurierte Fürsten-Sonne schon im Aufgang/ihre Ruhestatt nach dem Nidergang/in solcher Kirche sich erwöhlet/ als in welcher auch Dero Durchleuchtigiste Herr Vatter/ und Frau Mutter zu rasten beschlossen hatten; Auß solchen aber eine Lehr-reiche Bemerckung abgefasset/ wie das erste eines jeden sich von Sünden bewahren wollenden Christens jedes Tags seyn solle auf das Grab/ und die unvermeidliche Sterblichkeit zu gedencken. Die Sinn-Schrifft/ welche in Latein ware/ ORIENS SUA FUNERA SPECTAT. Will zu Teutsch sagen.

Im Aufgang ich schon schaue/
Wo mir mein Grabstatt baue.

WJe höchst vorsichtig war dein kluger Weißheit Rath/
O grosser Ferdinand ein Fürst voll höchster Gaaben
Und du Adelheid/ von allen/ was kan haben
Der Fürstinen Gemüth/ ein Außbund in der That.
Wann ihr beschlossen habt/ daß wo entsteht die Sonn/
Und in dem Aufgang scheint/man soll den Tempel stellen/
Den prächtig/kostbahr/schön/ihr weißlich bauen wöllen/
Dem der Euch geben hat/ ein also grossen Sohn/
Und in dem Sohn ein Liecht/ daß Sonnen Tituls-werth
Dann solcher Tempel solt nit nur ein Denckmahl werden/
Dem Maximilian deß Ursprungs hier auf Erden/

Und

Und daß dem Bayren Ihn hab Cajetan beschert.
Auch wie der Danckbarkeit Er Zeugnus nit allein;
Und selbst deß Tempels Pracht der Großheit helles Zeichen/
Die Eurer Gmüther Zierd vor andern eures gleichen/
Zu einer klaren Prob auf ewig solle seyn/
So müste eben/ daß der Tempel so gestellt /
Lehr-reicher Zeuger seyn deß/ was man dencken solle
Bey Soñen Aufgang/ wann man Sünd frey leben wolle/
Weil die Begräbnus hier/ sie auch dem Sohn erwöhlt.
Die Sterblichkeit/ und Todt/ so gwiß/ als wahr ein Gott/
Soll nemblich täglich seyn/ und zwar der erst Gedancken/
Daß kaum aufgehen wir/ zum Untergang schon wancken/
Und ist ein kleiner Sprung vom Leben zu dem Todt.
Schau/ wie dir das Latein diß artig sagen will/
Wo die Geburt recht wird mit Orimur bedeutet/
Der Todt mit Morimur, so sich nit mehr erbraittet/
Als umb ein Buchstab nur; So weit bist du vom Zihl.
Das M. der Buchstab ist/ den man nit sprechen kan/
Man wolle / oder nit / muß man den Munde schliessen/
Und so selbst zeugt auf Mors, indem wir schliessen müssen
Das Leben/ Pracht/ Ehr/ Mund/ und gehn das ewig an.
Wie glückhafft wird der seyn / der dises nit vergiß/
Und der Memori nie / daß M. entweichen lasset/
Dann emori verbleibt/ wann man diß M. verhasset/
Doch wie man sterben wird/ bin ich/ noch du vergwiß.
So folg dann klugen Rath / und sey dir keine Peyn/
Deß Lebens Ende gleich bey Sonnen Aufgang schauen /
Und in dem reiffen Sinn ein Grabstatt dir erbauen /
Glaub mir im Hüñel wird dein Aufgang folgend seyn.

Inſcriptio Sexta.

QUem facta probavêre Principem natum in Tutelam Chriſtianæ fidei, & Infidelium damna, hujus Ortum non incongruè fatidicum fuiſſe hic quoque ſignificandum cenſuimus; Rutilans in Ortu SOLIS triſte quidem vocatur cælum, quia præſagire cenſetur tempeſtates, & imbres; Non omnibus tamen ingrato præſagio ita SOL oritur; pluribus enim exoptatiſsimam vaticinando pluviam, ſerenus èxoritur, dum cœlum purpurat; Ita BOJCUM SOLEM ad Terrorem quidem, & Metum fidei Hoſtium, in optimum tamen Omen Orbi Chriſtiano exortum rubefactis nubibus in ſymbolo ſignare voluimus utrumque. Inſcribendo Epigraphe ſeu

Lemma.

Diem præſignat ab Ortu.

Væ Tibi
Turcarum Genus Truculentum
Oriente in Bavaria fulgentiſsimo SOLE
Cœlum rubeſcit:
Præſagire jam timeas
Sanguineos Tibi Cladium Imbres:
At uberiores inde naſcituras
Chriſtiadum Segetes,

Et anguſti antehac Pannoniæ Regni
Auſtriacæ Auguſtæ Domui
Redintegrandam Purpuram.
Contrahe cornua Tua Thracica Luna,
Erubeſcere ſi neſcias
Jam toties fædifraga,
Ruborem diſces cruore tuo,
Semperque referes inſcriptum
Lemma:
BAVARO SOLI adverſa cruentor.
Ne tamen gaudeas unquam
De Occaſu
Fatalis tibi nunquam non SOLIS,
Geminatum ſcito in Parelijs.
Experiundum majore ſtrage
Ni probâſſe ſufficiat.

Sechste Beyschrifft.

WAnn man auß der Sonnen Aufgang öffters die Beschaffenheit deß übrigen Tags weiß zu sagen pfleget/ und in dem heiligen Evangelio selbsten auß deme / daß der Himmel roth bey dero emporgehen erscheinet/künfftiger Regen vorgedeutet wird / hat auch der Aufgang der Bayren-Sonnen nit ohne Vorkündung sollen verbleiben / massen die Thaten selbsten gezeuget / daß solche zu Schutz der Christenheit / zu Demmung aber der Unglaubigen von GOtt gegeben seye worden; solchemnach wurde für das dritte Sinn-Bild vorgestellet der bey aufgehender Sonnen roth gefärbte Lufft-Himmel / verstehen zu geben / daß unsere Fürsten-Sonn denen Türcken einen blutigen Regen vorkünde / eben da sie zu Trost der Glaubigen / und seiner Landen aufgehet Der Sinn-Spruch / wie er in Latein ware / DIEM PRÆSIGNAT AB ORTU. Also in Teutsch kan seyn.

Auß dem Aufgang ist zu sehen /
Was soll in dem Tag beschehen.

Die Beyschrifft saget weiter.

WEhe dir / und aber Wehe.
Du wildes Türcken-Volck/und Mußelmäner Gschlecht/
Ein überhelle Sonn in Bayren zwar erscheinet/
Ja gantz Europa selbst auch ihren Trost vermeinet/
Doch weil der Hüñel roth sich färbt/glaub daß es recht/
Und gut umb dich nit stehe.

Dann / was vordeutet dir
Daß in dem Aufgang sich die Wolcken färben roth?
Sie trohen ja vor dich nur eytel blutig Regen/
Ob schon der Christenheit zu mehrer Wachsthums-Seegen;
Ja daß dir g'nomen werd zu gröstem Schad und Spott/
Die Ung'risch Purpur-Zier/

So du Gottloser Weiß /
Dem höchsten Cronen-Hauß deß Oesterreichs entzuckt/
Zieh deine Hörner ein/ du bleicher Mond der Porten
Deß falsch'en Machomets; wañ du nit schamroth worden/
Ob öfftern Fridens-Bruch: und daß du so gedruckt
Den wahren Glaubens-Preyß;

Wird dir nun Röthe gnug/
Doch nur mit deinem Blut/ selbst geben Zweiffels ohn
Die Sonnen! so du hier Liecht-voll aufgehen schaueſt;
Dann also offt du Ihr zugegen stehn getraueſt/
Daß blutig dich zuruck geschickt die blaue Sonn/
Muſtu gestehn mit Fug.

Frey dich auch / Mußelmann/
Nur nit/ daß dise Sonn jetzt untergangen sey/
Dann selbe vilmehr ist verdoplet in den Söhnen/
Und wann genueg nit wär/ was du erfahren können/
Die Prob zeigt / was sie noch / zu deiner spatten Reu/
Im Löwen-Hause kan.

✠ ✠ ✠

Inſcriptio Septima.

MAximos etiam, ipsósque, plus cæteris, Beneficentiſsimos Principes hoc inſequitur damnabile fatum, ut ipſa quoque poſt fata (non obſtante ſapientis Monito; Quod Magnorum facta vel laudanda ſint, vel tacenda: & de Mortuis nonniſi benè loquendum) vapulare non rarò debeant â Malevolis, vel ingratis linguarum morſibus; Huic interdicendæ injuriæ, MAXIMILIANO EMANUELI oblatrantia ora claudere volens Author, pro quarto, ad Ortum Boici SOLIS, ſpectante ſymbolo poſuit Memnonis ſtatuam, quam tactam Orientis Siderum Principis radio ſuaviſsima voce Solem venerari, & lachrymabili cantu occiduum proſequi Lucianus, Philopſeu. & alij memorant; ut ita vel ipſis de Saxis diſcant, quo PRINCIPUM SOL honore ſit dignus, cujus Ortus omnibus lætitiam attulit, & beneficium: unde additum

Epigraphe

Ortúque tuo ſingula gaudent.

Obmuteſcant ora Maledica
Quæ
Munus dum mandunt munificem mordent.
De
MAXIMILIANO EMANUELE,
Munifico omnibus,
Nemo malè loquatur,
Qui maledicta cuncta de ſe dicta
Non velit,

Ali-

Aliter, niſi ingratiſsimus, dici
Non meritus,
Orienti SOLI
Elogia pangunt Memnonia labra,
Licèt Marmorea,
Et Nænias cantant occiduo,
Saxa vocabunt in linguas,
Quæ laudare recuſant.
Non minus naſcebatur omnium Salus
In hoc Principum SOLE,
Quàm in Apolline.
Et Muſis ſuus ortus eſt Præſes,
Et Populis Paſtor,
Ægris Medicus, Egentibus Pater.
Artium fautor, Artificum Magiſter.
Suaviori qui Plectro,
Petras movebit in Mænia.
Cui Charites ſpirant in oculis,
In ore Roſæ.
Affabilitatem ipſam
Si pingere velles.
MAXIMILIANUM EMANUELEM
Pingere deberes
Negare noli, ne Saxa loquantur.

Die ſibende Beyſchrifft.

AUch groſſe Fürſten und Herren ſeynd nit befreyet von dem Unfall / daß ihrer die gottloſe und undanckbare Zungen nit verſchonen / ſo wol in deren Leben / als nach dem Hinſcheiden: obwohlen die getreue Wahrnung der Weiſen oder lehret / daß man der groſſen Herren Thun eintweders loben / oder warnet / daß man von ſolchen ſchweigen / von den Verſtorbenen aber ins gemein anderſt nit / als gut reden ſolle; Damit dann dergleichen biſſige Zungen gehemet werden möchten / hat ſich der Author für das vierdte Sinnbild bey dem Aufgang bedienet jenes Berichts Luciani von der ſteinernen Bildnus Memnonis, welche von dem Glantz der aufgehenden Sonnen getroffen / eine liebliche Stimm erſchallen laſſet / gleichſam die Sonne zu beehren / bey dero Untergang aber kläglich zu ſeufftzen begünnet: Als ſolten alle erlehrnen von dem Stein / was der Sonnen / und mithin einen ſolchen Fürſten gebühre / beſonders da ſolcher allein gutthätig zu ſeyn geahrtet ware. Der Sinnſpruch OR. TUQUE TUO SINGULA GAUDENT. Darff in Teutſch verſtanden ſeyn.

Wie alles ſich erfreut / wann dein ſchöns Liecht entſtehet /
So alles ſich betrübt / wann es zu Gnaden gehet.

Die Beyſchrifft ſaget es deutlich alſo:

SPrech doch der Hiñel ſelbſt / daß gleich erſtummen ſolte
Die Schlangen-artig Zung / die eben beiſſen wolte
Den Geber / da ſie noch genieſſet ſeine Gaab.
Von Maximilian Emanuel dem Groſſen /
Der billich allen kan ſein Mildigkeit vorſtoſſen /
Nur niemand übel red / beſonders in dem Grab.

Kan

Kan man dann Böſes mehr von einem Menſchen ſagen/
Als/wañ undanckbar Jhn man muß der Welt verklagen?
Nein. Seneca beſchlieſt mit allen Fluch die Frag.
Wer alſo Danck-loß nit will ſeyn genennt/und leben/
Hüt ſolcher Fürſten-Sonn Schimpff-Reden anzukleben;
Damit Er nit erfahr/ was ich noch ferner ſag.

Die Lefftzen jenes Bilds / ſo Memnonis genennet /
Ob ſie ſchon Marmor ſeynd/ein Wunder-Schul bekennet
Das Alterthum / der Lieb/ ſo einer Sonn gebührt:
Weil ob der Erden kaum die Sonn hervor thut glimmen /
Diß Bild ſie grüſſet ſchon mit frölichen Lob-Stimmen/
Wie bey dem Untergang ſein Klaglied wird verſpührt.

Soll dann der Stein nit Stein auch fordren auf die Zungen /
Die loben wollen nit? ob ſchon zu g'ſtehn getrungen /
Daß hier an unſrer Sonn/auch eben alſo wohl/
Als in Apollo ſelbſt das gmeine Heyl gebohren /
Den auch/als Meiſter/ ſich die Künſtler außerkohren /
Wie Hirt/ und Vattern jhn ſein Bayren nennen ſoll.

Nichts von Apollo ſchöns die Dicht-Kunſt kundt erſiñen/
Daß an EMANUEL nit meiſterlich erſchinen /
Wilſt die Lieb-Freundtlichkeit ſelbſt bilden/diſen mahl/
Der Stein bewögen kunt/den Feind/und Freundt muſt lieben/
Der nur gutthätig ſeyn/und niemand kundt betrüben/
Ach! widerſpreche nit / ſonſt reden Stein zumahl.

Inſcriptio Octava.

QUatuor Elogiolis, & ſymbolis Ortum concludere voluêre Muſæ, Quadrimulum verò Zodiaco dare, ut duodena per luſtra bis ſena deducti per ſigna totum vitæ curſum perſtringerent potiùs, quàm dèſcriberent, cui dignè ſcribendo duodena Volumina non ſufficerent. Ut igitur ex ipſismet ſignis Zodiaci majori facilitate appareret Muſarum intentio, non alijs utendum eſſe ſymbolis exiſtimabant, quàm eorundem aſterismis, & ſolita figura, relicta quidem pictoribus libertate, quibus id licere permiſsum, quod artis ſuæ putaverant; Pro primo Luſtro, atque adeo Arietis ſigno, Pueriles quidem venerant anni, qui plerúmque magnarum laudum ſegetem non ſubminiſtrant; In noſtro tamen Principe non exigua dederunt argumenta, quæ Puerulus jamjam præſetulit ſigna tam animi Grandis; quàm quæ ab ipſo ſibi promittere poterant juſti ſignorum interpretes: Armis enim delectatus, & imperterritus Martialem Indolem jam ætate tenera indicabat, qua inſtructus tot poſtea adjit pericula, impavidus ad omnia; unde, cùm Arietis ſignum Poetæ derivent à Phryxi ariete, cujus aureum Vellus ut Jaſon obtineret, ignivomos, & æripedes Tauros, nec non Draconem maximum domare cogebatur; noſtro quoque Heroum Principi adſcriptum fuit, quòd jam in hoc luſtro ardorem Heroicum patefecerit, quò progreſſu temporis in ſuperatis feriſsimis hoſtibus Victor rediret plus quàm aureo vellere glorioſus. Unde adjectum erat.

Epigraphe.

Auratus ut exeat, intrat.

Quæ grandia ſibi non promittat
Europa cum Bavaria,
Dum, nondum Adoleſcens;
Jam ardore virili
Ad ardua gaudet EMANUEL?
Nempe,
Parenti Pacifico
Martius ſucceſſurus Filius,
Ea ſolùm agere debuit,
Quæ SOLEM decent.

Tenella adhuc anni ætate
Martium ſignum Sol intrat;
Omni ergo Jaſone futurus major,
Ut Phryxeo Vellere auratus exeat,
Nec exhorreſcere ferrum,
Nec pavere pericula,
Indole Magiſtra didicit.
Cui duodena per luſtra,
Omne,
Quod Ardui Nomen habet,
Experiendum erat, & vincendum
Heroum in Zodiaco.
Ab hac metiri Te ſemita
Volumus,
Quem hic quaquaverſum ſpectabis
Solarem Curſum.
Annos Infantiæ ne reputes,
Sive, quòd Infantiæ impedimenta neſciverit,
Qui non aliter naſcebatur
Quàm SOL.:
In quo nihil non lucidum cernis,
Ipſo jamjam in Ortu.
Vel, quia candorem animi,
Qualem in quadrimulo mirabatur
Orbis,
Servatum per omnia luſtra
Continuò mireris.

Die Sonne in dem Widder.

Die achte Beyschrifft.

MIt obgesetzten vier Sinn- Bilder- und Lob-Schrifften wurde was zum Aufgang gehörig/beschlossen/ von daran aber dise Sonnen in den Thier-Craiß/ oder Sonnen-Circkl übersetzet/ so in dem Lang-Hauß der Kirchen seinen Platz hatte; in solchen wurde der Lebens-Lauff MAXIMILIANI II. wie er eben von der kleinen Kindheit an in zwölffmahl 5. Jahr/ als so vil Lustra, sich erstrecket/ nur mehr berühret/ als vorgestellet/ dann solchen nach würden zu preysen gantze Bücher erforderet wären; Aigentliche Sinn-Bilder hätten zwar auch disen Lauff nit unschwer vorstellen können/ umb mehrer Verständlichkeit aber hat beliebet die Zeichen deß Sonnen-Circkels zu gebrauchen/ welche zu bilden deß Mahlers Freyheit überlassen worden. Ob nun wohl in dem Eintritt oder ersten Zeichen/ sage der ersten 5. Jahr noch die minder-Jährigkeit eintrifft/und anderes nichts zuerhollen ware/weder die Vorkündung deß künfftigens; ware jedoch der in solch zarten Alter schon verspührte Großmuth MAXIMILIANI ein Gelegenheit dises Lustrum nit ohne Preyß zu lassen/ sondern/ wie der in ein Himmels-Zeichen veränderte Widder/ jener von den Dichteren gehalten wird/ dessen goldenes Fehl zu gewinnen Jason der grosse Held also vilen Gefahren sich außsetzen müssen; also kunte die Unerschrockenheit EMANUELIS in selben Jahren das Lob an Hand geben/ daß eine mehrere Ehren-Beuth/ als das goldene Fehl/seiner erwarttete; den Lateinischen beygesetzten Sinn-Spruch/ AURATUS UT EXEAT, INTRAT. Will die Teutsche Sprach also erklären.

Der keine Waffen scheut/den Kampff-Platz jung eingehet/
Dem goldne Ehren-Zierd im Alter bevor stehet.

WAs grosses könt sich nit von tapffern Helden-Thaten
Versprechen Bayerland an sein MAXMILIAN,
Ja gantz Europa selbst? da schon/ wie in dem Schatten
Den gantzen Lebens-Lauff der Eintritt zeiget an:

Weil er zu dem/ was schwer/ nur Freud schon Mannlich hegt/
Mit dem sein Kurtzweil treibt / was Schröcken sonst erregt.

Diß doch erwünschlich war: daß wie dem Krieg der Fridē/
Und dem Frid Kriege folgt/ so muß dem Fürsten auch/
Der Fridsam war genannt/ und Fridsam ist verschiden/
Schon folgen jener Sohn/ der in den Waffen-Brauch
Sich allzeit üben soll/ als ein streitbahrer Held/
Und vile Krieges-Heer selbst schlagen auß dem Feld.

So müst er zeigen dann schon in der Fruhe die Tugend/
Die einer Sonn gebührt/ dergleichen Er solt seyn:
Die Sonnen aber tritt gleich in deß Jahres-Jugendt/
Sag nit deß Widders nur / auch Martis Zeichen ein.
Und was gefährlich scheint/ daß alles förcht Sie nicht.
Auch keine Unthier scheucht/ so sie im Thier-Crayß sicht.

Kein Jason solle sich als starck er war / vergleichen /
Ob ihm schon seine Faust die Ehre geben hat/
Daß theure Phryxus-Fehl / so golden/ zu erreichen/
Noch mehr EMANUEL wird zeigen in der That.
Dem alls/ was b'schwerde heist/ durch zwölff mahl fünffte Jahr
Im Helden-Crayß erwarth / und zu besigen war.

Merck nun/ diß ist der Weeg/ von dem man messen wolle/
Den Sonnen-Lauff/ der hier zu sehen wird gestellt.
Kein Kinder-Arth hier ist/ dann/ wie die Sonnen solle
Liecht voll vom Aufgang seyn/ so wird schon beygezehlt
Als eingetheilt dem Lauff/ was gleich vom Aufgang man
Von Tugendt glantze sah an MAXIMILIAN.

Inſcriptio Nona.

HOc quoque luſtro adhuc quidem vix Adoleſcentem ſiſtere oportuit MAXIMILIANUM EMANUELEM quia tamen nihil non mirandum videbatur in ea jam ætate, non diu penſandum erat, quo Elogio dignus eſſet; ad omnem enim culturam, ad exercitia cuncta Heroica, ad ornandum animum virtutibus ſingulis, & quidquid laudabile in antenatis Bojariæ Ducibus, aliisque Principibus, Priſci quoque ſæculi, notare potuerat, ſibi acquirendum ea promptitudine, ac præmatura ferebatur Indole, ut eorum jamjam Magiſtrum agere poſſe cenſeretur, quos Inſtructores habuerat, compendium Principum, antequam adultus. Sicut igitur anni Tempus, quo SOL eſt in Tauro, illud eſt, ex quo cætera tempora nobis promittimus, & tanto copioſas magis fruges ſperamus, quanto meliùs tunc vernat tellus, floreſcunt arbores, & cælum favet; ita ex tam maturâ Indole, quamquam adhuc florida in ætate noſtri Principis, maxima fuerunt ſperanda, idcirco appoſitum fuit Signo Tauri

Epigraphe.

Adeſt ſpes proxima frugum.

Dignarum Principe Virtutum
Et majorum Herculeis laborum
In Palæſtra
Exercitantem ſeſe, ſi cernis,
EMANUELEM,
Sine ſtupore non cernis,
Si bene videris.
Utut Auguſto in Bavarorum Genere
Infrequens non ſit prodigium,

Quòd

Quòd una Cervix Ingenia plura circumferat,
Radiíque diſperſi per Avos
In Nepote uniantur.
In MAXIMILIANO *Secundo*,
Ne ulli ſuorum eſſet Secundus
Heroum ut *Principe*, & *Principum SOLE*
Dotes omnes,
Quæ in cunctis Heroibus fuerunt ſingulæ
Debuerant eſſe ſingulares.
Et ſi jamjam eluxêre in Adoleſcente,
Fecit hoc præcox Natura culturæ conjuncta,
Quæ ad ſumma jamjam nato non fuit inferior,
Quàm tanto Principe digna.
Etſi culturam omnem prævertere videbatur
Miraculi plena Maturitas,
Cui ſtimulos addidit Deſiderium Gloriæ,
Quæ naſcitur ex Virtute.
Vernet in Tauro Tellus,
MAXIMILIANI Virtus
In florida ætate jam autumnabat.
Obſtupuit Natura
In novi SOLIS Aurora
Altum quaſi Meridiem,
Sed lætabatur Europa,
Quia viſa eſt *ſpes maxima frugum.*

Die Sonne in dem Stier.

Die neundte Beyschrifft.

WAnn die Sonn in dem Zeichen deß Stiers/wird die Losung für die bevorstehende Sommer- und Herbst-Zeit abgefasset / und auß der schönen Blühe / wie Grüenung der Erden die Hoffnung reichlicher Früchten geschöpffet; ob nun schon auch in denen anderen fünff Jahren MAXIMILIAN annoch nur als ein junger Printz kan beobachtet werden : Zemahlen Er jedoch mit solchen Eyffer / Hertzhafftigkeit/ und Fleiß sich beworben / alles was Tugendtsames / einen Fürsten wohl anständiges / und in seinen Ahnen / wie anderen grossen Helden Ruhmwürdiges gewesen / zu begreiffen / und sich aigen zu machen / daß Er bey nahe schon ein Meister seiner Lehr-Meister erschinen; hat auß einer so fruhzeitigen Vollkommenheit nichts kletnes mehr besorget / sonderen die gröste Hoffnung folgender Wunder Früchten können geschöpffet werden; Derowegen der beygesetzte Spruch ADEST SPES PROXIMA FRUGUM. Auch zu Teutsch sagen muß.

Nächste Hoffnung grosser Frücht /
Reiche Blühte schon verspricht.

Die Beyschrifft erkläret solches mit mehreren :

SIcht man allhier
Sich einen Printzen üben /
In aller Tugendt-Schul/die einen Fürsten ziehren;
Und nach Gebühr/
Die grosse Thaten lieben /
Die mehr als Herculis, Ruhmreich zum Throne führen;
Muß man fürwahr verkünden/
Daß in EMANUEL nichts gmeines war zu finden.

Zwar

Zwar so ungmein
Jst in dem hochen Stammen
Der **Bayer-Fürsten** nit das Wunder/wann man sihet
Ein Halß allein/
Der trage all beysammen/
Die Häupter/deren Ruhm die Nachwelt noch außsprichet;
Und daß der Ahnen Tugendt
Jn eines Enckleins versamblet frischer Jugendt/

MAXMILIAN
Der zweyte dises Namens/
Damit kein andren Er ichtwas bevor dörfft geben;
Stellt sich doch an/
Daß jede seines Stammens/
Jn allen Stücken sich an Jhm noch sachen leben;
Und was einzlet in allen
Versonderbahret war in dessen Gaaben-Strallen.

Ob dises zwar
Hier wolt erfordert scheinen
Wann er ein **Helden-Fürst**/und eine **Fürsten-Sonnen**/
Seyn solt/ und war/
Muß sich in Jhm vereinen/
Was in den Helden könt/und in den **Fürsten** wohnen:
Jst dises Fruhe geschehen;
Macht es die reiff Natur/ und Auferziehung sehen.

Durch schöne Lehr/
Die minder nit gewesen/

Als ſolches Fürſtens-werth / ob ſchon vorkommen waren
Der Früchten Ehr/
Und man ſchonkunte leſen /
Daß nur ein Wunder-Reiff diß würckte vor den Jahren /
Und ein Begürd der Ehren /
Die pur die hoche Stuff der Tugendten beſcheren.

Wird in dem Stier
Nur mit dem Frühlings-Kleyde
Die Erd beſchmuckt/iſt ſchon nit mehr Mirackel freye/
Das Jugend-Zier /
Mit reiffer Herbſtes-Weyde /
Krafft diſer Tugendt-Sonn/ vergſellt erſchinen ſeye/
Kans die Natur nit hoffen/
Sichts doch Europa, und ſpricht/ die Frucht-Zeit koñt geloffen.

Inſcriptio Decima.

EUneſtaverant quidem hoc luſtrum implacabiles Parcæ, quæ non incomparabilem tantùm inter Principes Heroinam, Sereniſſimam nempe ADELAIDEM, Magnam Maximæ Prolis Matrem pientiſsimam, ad Piiſsimi Electoris, & Filiorum, totiúsque Bavariæ inexplicabilem luctum, ſed replicato fato ad Dolorum ſummum gradum, poſt triennium Sereniſsimum quóque Electorem FERDINANDUM MARIAM deſolatiſsimo MAXIMILIANO EMANUELI eripuêre: Unde forſan abundans Argumenti copia fuiſſet, Elogium iſthoc varietate multa, argutiisque refertum dandi: Verùm hæc omnia effugêre calamum, ut exiguum illud ſpatium Inſcriptioni figendæ non eriperetur, qùæ pangendæ felicitati Bavariæ ex Novi SOLIS ſplendore enatæ, dum Solium ipſe conſcenderet, deſtinata fuerat; tanta enim hæc erat, ut Patria, de Parentis Sereniſsimi jactura ſummè quidem triſtata, abſentiæ jam damna ſentire, multò minùs plangere poſſet. Ut autem nunquam uberiori boni Publici meſſe Regna gaudent, nec illuſtri magis radio in ſubjectos Populos Throni fulgent, quàm ubi gemina virtutum ſidera, Juſtitia Clementiæ juncta in Principe Solium occupant; ita vidit primas Regentum Virtutes iſtas Bojaria in MAXIMILIANO EMANUELE: congruè proinde in Tyndaridum, ſeu Geminorum ſignum incidens hoc luſtro ſuſceptum Regimen, quia hos fratres, Tranquillitatis, & Serenitatis nuntios, optimósque Paterni Regni rectores deprædicat Antiquitas, SOL hîc adjunctum habet

Epigraphe

Jam illuſtrabit omnia.

Non

Non ſine Fati, Cælive Conſilio
Maturando Principi feſtinaverat Prudentia,
Maturiùs ut totam ſeſe, cerneret illius in mente,
Plusquàm in ſpeculo.
Expectare diu EMANUELIS Regimen
Fortuna non potuit
Quo illud foret diuturnius,
Ademit Annos Patri, quos daret Filio;
Ut longius Iſte regnaret,
Quàm vixerat Ille.

Æterna

Æterna pace Pacifico ſatisfecit
Nec à Juvene Duce metuas Bavaria,
Phœbus eſt,
Qui ſuſcipit Habenas,
Non Phaëton,
Qui monſtra formidet,
Non minus Eous, quàm Pyrœis,
Æthon ita, ut Phlegon,
Impavidum ſenſêre Rectorem,
Et in tanti reverentiam Nominis
Totus illicò ſeſe mundus compoſuit.
Concidit tremefacta Nequitia,
Quòd Aſtræam jam Phæbo nupſiſſe,
Et geminatum Numen crederet in Quadriga.
Credidit, non tam pavore reis congenito,
Quibus metum auget conſcientia læſa,
Quàm ſalubri, atque fatidico.
In Geminos incidit hoc luſtrum
Geminandum nihil non fuerat,
Quod Regentem commendaret, & Regimen.
Ut Tranquillitatis Publicæ,
Non minus, ac Serenitatis Omnigenæ,
Signa eſſent Caſtor, & Pollux,
Majeſtas, & Clementia
SOLIS apparebant in Solio;
Sicque diſcuſsis tenebris,
In Tenebrionibus concuſſis,
Jam illuſtraret omnia,
Favete Superi.
Ut quas diſcedens Pater Filio nunc ceſsit Habenas,
In geminatam lætitiam Patriæ,
Diutiſsimè ceſſas gratulemur.

✠ ✠ ✠

Die Sonne in denen Zwillingen.

Zehendte Beyschrifft.

OBschon in dem dritten Lauff der fünff Jahren vile Beobachtlichkeiten eingetroffen / indeme sich der Betrübnus-volle zweyfache Todtfall so wol der Durchleuchtigisten Churfürstin ADELHEID, als deß auch Durchleuchtigisten Churfürstens FERDINANDI MARIÆ, inner dreyen Jahren anbegeben; hat iedoch nur fürnemblich in solchen zur Lob-Schrifft dienen sollen die Glückseeligkeit / so dem Bayerland vorzukünden ware auß der Glorwürdigisten Regierung MAXIMILIANI EMANUELIS, welche derselbe im 1680.ten Jahr den 11.ten Heumonath mit Erfüllung deß 18.ten Jahrs seines Alters / eben an seinem Geburts Tag angetretten; Gleichwie nun die Sonnen in dem Zeichen der Zwillingen den längst- und hellesten Tag unseren Landschafften ertheilet / und nach deß Alterthums Meynung / die so genannte Tyndarides Castor, und Pollux, so die Zwillingen geglaubet worden / nit allein Vorbotten der Berühetigung / und Erheiterung deß Lufft's / sondern auch als ein schönes Vorbild der beglückten Regierung / nach selbst löblicher Verwaltungs-Arth deß Väterlichen Reiches / gehalten seynd; Also / da dises Zeichen eben Unsere Sonnen betriffet / wann Sie den Regierungs-Waagen / oder Thron bestigen / und in demselben die Güte mit der Gerechtigkeit erschinen: Hat der Sonnen in disem Zeichen die Obschrifft gegeben wollen werden / so zu Latein: JAM ILLUSTRABIT OMNIA. Zu Teutsch aber saget:

Mehr Glantz die Sonn ertheillen wird:
Da Sie vollkommen jetzt regiert.

Nebst folgender Beyschrifft:

Nit

MIt ohne Himels-Rath / nit ohn Geſchickes willen/
Die Klugheit hat geeillet /
Daß reiff genug der Fürſt möcht ſeyn / und Sie erfüllen
Jhn kunte unverweillet
Mit ſich dergſtalten ſelbſt/ die Sie in jhme ſich/
Vilmehr als Spiegel ſach / die Urſach frage mich.

Fortuna klagt / daß lang die Zeit nit wolte kommen
Für diſe Fürſten-Sonne/
Daß Sie regieren ſolt: darumb hat Sie genommen
Den Vattern von dem Throne /
Und auch ſo vile Jahr/ die ſie dem Sohne gab/
Daß er ſo lang regier / als der gelebet hab.

Doch ſolt der Himmel nit / noch das Gelücke ſcheinen /
Daß Sie Partheylich wären /
Daher der Himmel gab dem Vattern von dem Seinem/
Was niemand kundt beſcheren ;
Dann/ für kurtz leben hier / den Friden ohne End
Er dort genieſſen ſoll / der Fridſam ward genennt.

Sorg auch O Bayren nit / ſolſt jung dein
Fürſten ſpühren/
Glaub daß er Phœbus heiſſet/
Der allzeit weiß/ wie man die Laitſail ſolle führen /
Nit Phaëton , den reiſſet
Die Forcht vom Waagen ab/ weil er die Unthier ſcheut/
EMANUEL dir bringt durch ſein Regierung Freud.

Schau nur/ wie all vier Pferdt/ ſo die Welt-Theile deuten/
Empfinden den Regenten/
Mit Ehrenbietigkeit zu horchen ſich bereitten ;
Erſchröckt ſich aber wenden

Die Bößwicht zu der Flucht; weil die Gerechtigkeit/
Mit Phœbo da vermählt / Sie glauben allbereit.

Sie sehen zwar nit wohl / doch nach der Arth sie sehen /
Die böß Gewissen högen/
Und dopplet schröckhafft schon/ was ihnen solt beschehen /
Zu glauben selbsten pflegen /
Doch weil in Zwilling hier die neu Regierung trifft /
Recht all's verdoplet scheint/was Jhro Zierde stifft.

Wie Castor, und Pollux deß hellen Wetters-Zeichen/
Und aller Ruhe genennet;
Die Tyndariden auch/ die nit von Tugendt weichen/
Allhier zu seyn erkennet /
Wolt in den Sonnen-Thron die Güttigkeit/ vergsellt
Mit wahrer Majestätt / erscheinen vest gestellt.

Hat die Regierung nun auch Diser hingegeben
Den Sohn mit solcher ehrend:
Sich aber sucht ein Cron/ein Reich/und auch ein Leben/
Die seyen immerwehrend;
Der güttig Himmel geb/ daß Sie dem Vatterlandt/
Zu villfach langer Freud/ersprieſſend werd erkandt.

Inſcriptio XI.

QUi Martium animum jamjam patefecerat nondum Adoleſcens nullam declinare poterat ſpartam, & occaſionem, quæ illum factis probaret ardentem, præcipuè cùm in fidei hoſtes, Barbarósque Thraces arma capeſſere toti Chriſtiano incubuerat Orbi; Malunt quandoque Principes, noviter præcipuè clavo admoti, ſtationarios agere in ſuo Regno, quo ſuorum bono magis proſpiciant Domi præſentes, quàm ut ſuam exponant perſonam periculis belli; Non ita MAXIMILIANUS EMANUEL, voluit Is ſuos ducere, non mittere in prælia; Quid valeat præſentia Ducis, quid animi addat imperterriti Principis auſus, & ad ardua gaudentis exemplum, haud ignarus, non Dux tantùm, ſed comes laboris, ardoris, Algoris eſſe volebat; ita factus, & ſolatium nobile miſeris, & calcar delicatis, & terror hoſtibus. Incubuit dura obſidione Viennæ Ottomanica Luna, ingenti exercitu premens, totâmque terrefaciens Chriſtianam Rempublicam; non terruit BAVARIÆ SOLEM, qui ſuam adipiſcendæ Gloriæ fortunam ratus, quod aggredi periculum debuit, adibat hilaris, & domuit felix, ardentior inde effectus, &, quam retrocedere coëgit Lunam, inſequi, perſequi, perrumpere non deſtitit, donec contrahere cornua didicit. Serviebat huic Luſtro peraptè ſignum Cancri; quo præſide decreſcere quidem dies, & creſcere noctes incipiunt, in Solem tamen nihil exercere virium poteſt, ſed magis fervidum reddit; Lunam ergò potiùs reſpicit Metaphoricam, quod addebatur.

Epigraphe.

Retrocedere cogit.

Retrogredi discere non potuit à Signo,
Qui magnitudine stimulatus animi
Eò altiùs ibat,
Ad summæ Apogæum gloriæ tendens,
Quo magis retinere voluerant Regimis Curæ.
Sed nec auctis periculis
Bavaria time.
Decrescere Christiano non poterant Orbi
Lætissimi Dies.

Ubi cum diebus crevit in Virtute ſua
SOL Tuus.
Creſcente Lunâ,
Poterat incrementa capere
Triſtitiæ Nox,
Niſi hanc in fines egiſſent Thracios,
Quæ
Pro Aris, & focis,
Pro Deo, Fide, & Eccleſia,
Pro Cæſare, Auſtria, & Imperio
Ferventibus eo ſemper magis ferventia
Explicuit Jacula,
Quò majora fuêre pericula,
Excitaverat iſta Ottomanica Luna,
Auxit Illa Bojariæ SOL;
Adeo,
Ut creſcere cupientem,
Donec totum adimpleat Orbem,
Ruptis non ſemel cornibus,
Uti Viennâ, ita Strigonio,
Retrogradum fieri effecerit,
Ita
Quôd à Cancri ſigno diſcere
Bavaricus noluerat SOL,
Barbara diſcere coacta eſt Luna,
Dediſce
Indolem Lunæ,
Quisquis æterna Die perfrui cupis,
Juſtorum Semita,
Quaſi Lux ſplendens,
Creſcit usque in perfectam Diem;
In via autem Dei non progredi,
Eſt regredi.

Die Sonne in dem Krebsen.

Die aylffte Beyschrifft.

DJe schon in der Jugendt entdeckte Helden-müthige Tapfferkeit gewanne allhier die erste Gelegenheit sich Glorwürdigist außzuüben / als der trotzige Erbfeind mit Ergiessung seiner Tob-süchtigen Macht die gantze Christenheit / so wohl wegen der Belagerung der Kayserl. Haupt- und Residentz-Stadt Wienn in Oesterreich / als wegen gantz Ungarn zur Wehre zu greiffen / verursachet. Manche Fürsten pflegen zwar ihre höchste Persohn / dem Vatterland zu Nutzen / denen Gefahren nit außzusetzen / besonders wann sie die Regierung unlängst angetretten / und ihr hohes Hauß mit Erben nit gesicheret; Unser Durchleuchtigister Churfürst jedoch hat auch der gröbsten Gefahr sich nit entziehen / die Seine nit senden / sondern in höchster Persohn selbsten wider den Feind führen / und in allen hitzigisten Gefecht / in allen Ungemach deß Kriegs ein Gefehrt / wie ein Heer-Führer seyn wollen / wohl wissend / was die Gegenwart deß Fürsten in solchen Geschäfften vermöge. Der Türckische Mond wolte der Christen-Welt die Trauer- und Schröckens-Nächte vermehren; Demselben wolte demnach unsere Helden Sonne die Hörner brechen / und jhne lehren den Krebsgang nemmen / damit die Aigenschafft deß Krebs-Zeichens / so an Jhr nichts vermöchte / der Mond erfahre / und zuruck zu weichen getrungen wurde. Dahin deuttet / was der Sonnen in Krebsen zum Sinn-Spruch beygesetzet in Latein RETROCEDERE COGIT: und zu Teutsch saget:

Die Sonn das Blat umbkehret /
Dem Mond den Krebs-Gang lehret.

Die Beyschrifft annebens so vil.

WAnn du auch sihest hier die Sonn in Krebsen stehen /
Krebsgängig doch zu seyn erlehrnet Selbe nit;
Die von Großmüthigkeit nur immer fortzugehen
Getriben ward / könt nit stillstehen einen Schritt.

Biß Sie den höchſten Grad der Glory hat erreicht /
Schafft Sie/daß alle Sorg deß aignen Nutzens weicht.

Auch die Gefahren ſeynd nit / die ſie köndten hemmen /
Wann ſie gleich auf den Spitz anwachſend ſeynd vermeynt;
Noch köndte Bayren Dir der frölich Tag abnemmen /
Obs ſchon das Zeichen wolt/und trüb genug geſcheint/
Weil umb ſo mehr die Freud anwachſt der Chriſtenheit/
Je mehr Sie wachſen ſicht ihr Sonne mit der Zeit.

Zwar ſchröcken-Nacht verhofft ein Beyſatz zu erlangen/
Und Trauer-Schatten wolt der Chriſten-Meiſter ſeyn/
Da wachſend in der Nacht der Mond zu Wienn will prangen/
Doch ſolche Nacht ſelbſt wird dem Feind verkehrt zur Peyn/
Weil in Perſohn auf ihn MAXMILIAN loßgeht /
Für Gott/Kirch/Glaub/und Land/und für den Käyſer ſteht.

Soll auch noch alſo groß der Türcken-Macht ſich mehren/
Schieſt nur ſo ſtärcker ab die Sonnen ihre Plitz /
Daß den vermeſſnen Mond durch Schaden Sie thät lehren.
Krebsgängig werden mit geſtutzten Hörner-Spitz/
Von Gran ſo wol/als Wienn/und hoffen nit mehr ſoll/
Den Welt-Craiß einzufüll'n / der eignen Bluts ſchon voll.

So hat das Zeichen doch ein Zeichen bleiben müſſen/
Daß es vergeblich nit ein Krebs genennet werd;
Dann was nit leyden köndt die Bayriſch Sonn/
müſt büſſen
Der Mond (nit der am Hüñl) der Barbariſch auf Erd.
Flieh dann deß Mondes-Arth/ wer ewig will genieſſen
Den Freuden-Tag/ ſo GOtt den jenigen beſchert/
Die auf der Tugendt-Straß ſtetts eyllen zu dem Zihl:
Dann der geht da zuruck/ der ſtehen bleiben will.

Inſcriptio XII.

NOtum magis experientiâ Magiſtra, quàm ut noſtra ſit opus annotatione, quantis ardoribus SOL agat in hæc inferiora, ubi Leonis ſignum ingreditur; & quoniam Luſtrum, in quod modo devenimus, non tantùm fervidum ſemper magis Allegoricum SOLEM noſtrum exhibet in propulſandis Ottomanicis Caſtris, eripiendisqde Urbibus, & fortalitijs; verùm etiam in plurimis alijs expediendis magnis Officijs; immo, & donatum conjunctione maritali cum Imperatoris Auguſtiſsimi LEOPOLDI Primi Cæſarea, ac Regia Filia; idcircò non alio utendum eſſe cenſuimus, quàm hoc

Epigraphe.

Geminat Ardores.

Non Heroicæ tantùm,
Sed omnigenæ Virtutis Zodiacum,
Totúmque ſimul emenſum,
Credes hoc ſigno;
Adeo Giganteis paſsibus
Plenum eſt Luſtrum,
In LEONE,
Velut propria Domo,
Et Domeſtico ſidere,
Geminare debuit incendia,
Qui clareſcere factis maluit,
Quàm ſplendoribus.

Mar

Martialibus itaque Facibus
Maritalem conjungens,
Auſtriaco ſanguine auctum ardorem,
Vere SOLARI celeritate,
Et Leonina Magnanimitate,
Tanta per argumenta probavit,
Ut, una pro Filia, Cæſari
Multas in Vivarino, & Strigonio;
Buda, & Alba Græca,
Ac pluries Millenis,
Ad Harſicos Colles,
Superatúmque, ſtupore omnium,
Savum,
Proſtratis Thracibus,
Quin proprio non ſemel ſanguine,
Magno certè ſemper periculo redemptum,
Totum ferme Hungariæ Regnum,
Reſtituerit.
Geminavit profectò ardores,
Extinctis non ſatur incendijs
Ad Orientem,
Nec demeſsis ſat coronatus
Hungariæ Lauris,
Auſtro quoque, & Occidenti,
Eridano, ac Rheno
Victrices indulgere voluit Radios.
Compendio utere fama immortalis,
Hoc Luſtro
Electricem Bavariæ,
Pannoniam Auſtriæ,
In Fratre Electorem Coloniæ,
Regiam, in Sorore, ſponſam Hetruriæ,
Cæſarem, in Affine, Imperio.
Alterum, in Seipſo, Regem
Belgio dedit
EMANUEL,

Die Sonne in dem Löwen.

Die zwölffte Beyschrifft.

IST auß Erfahrung selbsten mehr bekandt / als der Anmerckung bedürfftig / welchermassen anwachse die Hitze / wann die Sonnen in dem Zeichen deß Löwens; hat eben jene fünff Jährige Zeit Unsrer **Durchleuchtigisten Fürsten-Sonnen** recht eingetroffen in das Zeichen deß Löwens / da selbe zu so vilfältigen grossen Würckungen von ihren Heldenmuth mehr und mehr erhitzet / und über daß noch mit denen Hymenæischen Facklen der Vermählung mit der Käyserlichen Princessin MARIA ANTONIA verstärcket wird befunden; Der **Bayrischen Sonnen** ist vorhin kein Hauß mehr aigenthumlich / als das Löwen-Hauß / darumben sich leichtlich begeben / daß Sie zu gäntzlicher Dämmung deß Ottomanischen Monds / und anderen Preyß-würdigisten Thatten schreittete; der Ursachen gnug zum Sinn-Spruch waren die Lateinische Wort: GEMINAT ARDORES: und die Teutsche

Daß die Hitze sey vermehrt /
Selbst das Löwen-Hauß begehrt.

Wie auch die Beyschrifft.



SOll man ein anderes in diesem Zeichen schliessen;
Als daß nit Helden-nur / auch aller Tugendt-Cräyß /
Hab unsre **Sonn** schon hier / und gantz durchlauffen müssen?
So voll der Risen-Schritt man dise fünff Jahrweiß:
Im **Löwen** sicht man Sie / der ist das aigne Zeichen /
Daß aigenthumlich Hauß der hellen **Bayren-Sonn.**
Welch'grosse Innbrunst dann solt Sie nit da erreichen /
Die mehr durch Werck / als Glantz / sucht ihren Ehren-Wohn?
Wie starck vermehret must der brennend Eyffer scheinen /
Da starcken Helden-Muths vorhin schon volles Blut /

(Wie

(Weil Mars mit Hymenæ die Facklen thät vereinen:)
Auch noch verstärcket wurd mit Oesterreicher Muth:
Die Prob hat alles wahr in so vil Stuck erwisen/
Dann was von vilen auch nit leicht zu hoffen war/
Hat Er allein gezeigt; der wolte seyn gepryſen
In Schnellheit eine Soñ/ein Löw in aller Gfahr:
Mithin dem Käyser hat für ein Princeſſin geben/
Nit Bran/ und Ofen nur/ auch Belgrad, und
was mehr/
Bey nach gantz Ungerland/ darsetzend offt sein Leben/
Sein Blut/ sein Volck/ sein Gut zu GOtt- und Käysers-
Ehr/
Verdoplet hat fürwahr den Eyffer diſe Sonnen/
Dann nit vergnügt mit dem/ was Lorber Ihr der Ost
Könt gebẽ; auch dem Weeſt/ und Sud wolt ſie vergoñẽ
Ihr groß-Sig-reichen Schein/ dem Rhein/ und Po
zu Troſt.
Unſterblicher Lob-Schall! sag vil mit wenig Worten:
In ein so kurtzer Zeit/ und nur fünff Jahren friſt/
Hab er so vil erzeigt in groſſer Thatten Sorten/
Als von der Helden-Schaar offt nit zu leſen iſt/
Dem Bayrland eine Frau/ dem Oeſt-Reich
Ungerland/
Dem Toſcan eine Braut/ ein Churfürſt dem
Stifft Cöllen/
Diß in dem Bruderen/ jens durch der Schweſter Band/
Dem Reich/ im Schwageren/ ein Kayſer durch erwöhlẽ/
Und Sich an Königs ſtatt dem hochen Niderland
Kunt in so kurtzer Zeit EMANUEL zu ſtellen.

Inſcriptio XIII.

PLura licet Encomij Argumenta, hoc luſtro, ſuggerere potuiſſent, quæ in Belgio laudatiſsima geſta, demeſſæ palmæ, & munitiſsima propugnacula ſuperata tam fama immortalis, quàm relictum Belgis tanti Gubernatoris deſiderium ſibi eripi nunquam patietur: Ut tamen ſigno magis conſona loqueretur Elogium, minora præferre oportuit. Syrio Dominante decidunt flores, & pleràque areſcere ſolent nimio præ calore: Damna hæc benignius Virginis ſidus compenſat per fructus, & mitigando ardores reſpirare jubet temperie aëris. Demeſſuit quoque hoc luſtro durius fatum & Auguſtam MAXIMILIANI Conjugem, ipſo etiamnum in ætatis flore, ad maximam viduati triſtitiam, & paulò poſt ſuperſtitem ex Ea Electoralem Principem; atque ita ſpem Regnorum, & tantæ ſtirpis propagationem: Dolorum plena hæc tempora quò mitigaret BAVARIÆ SOL, ad ſecunda Vota, eáque per copioſam Sereniſsimam Prolem fortunatiſsima, tranſeundo cum Magni Poloniæ Regis Auguſta Filia feliciter effecit, unde adjungere licuit

Epigraphe

Tempora temperat.

Heu!

Heu!
Diræ Libithinæ duram vindictam:
Conjunctionem Martis cum SOLE
Pro Auſtria,
Quia vincere Luna non potuit,
Mors vindicavit,
Rumpendo conjugium cum Auſtriaca.
At
Quæ fœdera corrumpere credidit,
Non minuit, ſed adauxit:

Nam qui Poloniæ Regi
Victricia junxerat Arma
In Hungaria,
Regiæ ejusdem Filiæ
Amores junxit
In Belgio.
Ita luſtrum
Sua temperamenta didicit
Per Aſtrum:
Temperat hoc ardores
Dulces per fructus;
Amaros mitigavit illud luctus
Per amores,
Et Hos nec ſteriles, nec breves,
Numerus, & pretium
Naſcentium inde fructuum
Patet abunde Tibi
Bavaria,
Debito nunquam deſinas obſequio
Perfrui;
Adijcies hunc Encomij fructum
Felicitati Tuæ;
Quòd,
Sicut incorrupta viret Devotio tua,
Jurata Virginum Virgini,
Sic amor, fides, & Reverentia
Erga Principes Tuos,
Te penes, etiamnum ſit
In Virgine.

✠ ✠ ✠

Die Sonne in der Jungfrauen.

Dreyzehendte Beyschrifft.

RObten in diser Jahres-Zahl nit beobachtet werden jene vil Lob würdige Thaten von erhaltenen Sigen/ eroberten gleichsam unüberwindtlichen Vestungen / und Beruhegung der Niderländen / welche in disem Lustro anzuruhmen gewesen wären; sondern müsten solche vilmehr dem unsterblichen Ruhm der unvergessenden Nachwelt / und der Gedächtnus der Niderländer / denen EMANUEL eine ewige Begürd nach seiner verlassen / übergeben werden; ware Ursach die Gebürde / dem Zeichen / in welcher dergleichen Jahr eingetroffen / nachzugehen / und mithin auf jene Vorsichtigkeit anzutragen / so selben gelehret seinem / und der seinigen Leyd eine Milderung / und dem Durchleuchtigisten Chur-Hauß eine Fortpflantzung zu verschaffen; Durch das Zeichen der Jungfrauen wird die Hitze besänfftiget / welche das brennende Gestirn deß Syrij, oder so genannten Himmels-Hunds / zu Erdorrung der bundten Blumen / und Schwachung der Menschen erwecket; auch anfanget in disem Hauß die Sonn den Verlust der Grüennung mit Früchten zu ersetzen. Das Verhängnus versetzte Bayren in eine Traur-Dörre / mit Abstichlung der Durchleuchtigisten Churfürstin MARIÆ ANTONIÆ in Dero annoch blühenden Alter / und nach wenig Jahren auch deß eintzigen von Deroselben noch befindlichen Chur-Erbens: Solche zu milderen wurde dannenhero Unser Durchleuchtigister MAXIMILIAN zur anderen Verbündnus mit deß Großmächtigen Königs in Pohlen Königlicher Princessin zu schreitten getrungen / wordurch auch in der Zahl-reichen hochen / und beglückteften Nachkommenschafft das höchste Bayrische Helden-Hauß empor gehoben worden / darumben nach dem beygesetzten Lateinischen Sinn-Spruch TEMPORA TEMPERAT. gelesen kan werden in Teutsch

Wie die Hitz / so auch das Leyd/
Wird gelinder mit der Zeit.

Dergleichen redet die Beyschrifft.

Ach! welch ein schwäre Raach?
Weil der Mond nit vermöcht die Bündnussen zu trennen/
Die Mars für Oesterreich hat mit der Sonn gemacht/
Hat Libithinæ Sinn/ wie Dichter den Todt nennen/
Ein Weiß des Mondes Schad zu rächen außgedacht/
(Der Lieb zu grosser Schmach:)
Da Sie das Ehe-Band brach mit der von Oesterreich/
Und gab EMANUEL an statt der Brauth ein Leich.

Hat doch verfehlt das Zihl:
Ob schon die Meynung war/ Verständnussen zu brechen/
Ist doch das Widerspill erfolget in der That:
Dann jene wurden nur verstärckt an statt deß Schwächen/
Weil nit ermanglet hat der Weißheit kluger Rath/
Die Weise frag nit vil:
Spitzfindig ist die Lieb/ und stärcker als der Todt:
Die Mittel findet Sie/ auch in der gröstẽ Noth.

Hier sichest auch ein Prob.
Dann MAXIMILIAN, der die Sig-reiche Waffen/
Das Gmüth/ und Helden-Muth dem Königen von Pohln/
Der Christenheit zu Gut/ dem Ungarn Ruhe zu schaffen/
Vereint zur selben Zeit; hat auch verbinden wolln/
Zu seiner Klugheits-Lob/
Deß Königs Tochter sich nachmahl in Niderland/
Durch vesten Liebes-Bund/ und Hymens zweytes Band/

Die Zeit dem Zeichen gleicht;
Diß milderet die Hitz durch süsser Früchten Gaben/
Jene besänfftiget durch frische Lieb das Leyd;

Ein

Ein Lieb die nit mehr kurtz/ mit Früchten weiß zu laben/
Und zeigt der Werth/auch Zahl/zu allgemeiner Freud/
Was Sie hab dargereicht.
Doch das genieſſen mögſt/mit Freud/ O! Bayerlandt/
Was dir gebohren hat diß theure Liebes-Band/

Setz deinem Lob noch bey/
Daß/ wie man deine Lieb noch unverſehret preyſet/
Die zu der Königin deß Himmels in dir iſt/
Darumb auch ihren Schutz/die Jungfrau dir erweiſet;
So gegen dem Chur-Hauß dein Treu beſtändigiſt/
Noch in der Jungfrau ſey.

Inſcriptio XIV.

VT maxima Principis Laus à Prudentia non minùs, ac Juſtitiæ amore enaſcitur, & Prudentiæ quoque libra tribuenda eſſet, æquèac ſpeculum, quoad, ſi in hoc videre debeat, quæ à tergo, ſeu præterita ſunt, æquè ac præſentia, & à fronte, per trutinam omnia quoque bene ponderet, ubi tam de ſui Juris, & boni, quàm aliorum periculo metus eſſe queat; Ita optimè ſerviebat ſignum Libræ illi Luſtro, quod variæ circumſtantiæ, caſus, quæſtiones, & ambiguitas rerum, ac Jurium reddidère famoſum; nec non verſatiſsimos in Publicis Viros, uti Principes ipſos, ac Reges hærere coëgerant. Cum igitur Electorem noſtrum viderit Europa nihil non egiſſe eo Luſtro, quæ ſummàm commendare Prudentiam, omnia ponderantem, penes æquos potuerit Judices, prætermiſsis cæteris hanc Elogio ſubjecto perſtringere oportuit: & ideo adjectum fuit

Epigraphe

Æquo pondere librat.

Juſti-

Juſtitiæ defenſæ Luſtrum credis,
Dum SOLEM cernis in Libra,
Prudentiæ fuit:
Non quòd
Maximum Cultorem Juſtitiæ
In MAXIMILIANO
Non habeas,
Cui nil magis fuerat Cordi,
Quàm *dare cuique ſuum:*
Amata ſemper norma regendi,
Ad honeſta pellicere magnis præmijs,

Deterrere à turpibus juſtiſsimis pœnis.
Adeo,
Ut Ipſo conſcio,
Tam parum impio felicem,
Quàm bono licuerit eſſe miſerum:
Et potiùs jacturam omnium,
Quàm Juſtitiæ pati,
EMANUELI ſtatutum fuerit;
Prudentiæ tamen ſtateram
Hîc ſuppone,
Ubi verſatum cernis in arduis,
In quibus prudens ponderatio
Plerumque plus, quàm enſis prodeſt;
Poteſt hic Gordios ſæpe nodos,
Non ſemper dubia decidere Jura:
In his plus valet,
Ex Euripide,
Mens una ſapiens in Principe,
Quàm manus plurimorum;
Et quod viribus ſæpe non bene creditur,
Sapientiæ cedit frequentius.
De MAXIMILIANO EMANUELE
Ne dubites in dubijs,
Bilancem Prudentia dedit,
Quàm magnus illi ad bella animus,
Tam exigua ad ea capeſſenda Mens,
Ubi armis potius leges,
Quàm legibus arma fulciuntur,
In ambiguo Juris pondere,
Neutri manus dare tutiſsimum ratus,
Utriusque Jura tutatus fuerat,
Si potuiſſet tam facile
Aliorum cupiditatibus imperare
Quàm ſuis,

Die Sonne in der Waag.

Vierzehende Beyschrifft.

WAs grosses Lob einem Fürsten beybringet die Liebe der Gerechtigkeit / wird nit weniger erhollet auß deſſen vorsichtigen Klugheit: und wie man diſer eben alſo wohl als der Gerechtigkeit zuaignen ſolle eine Waage / neben dem Spiegel: Alldieweilen ſie gleicher maſſen alles wohl ſolle abwögen / wann das gemeine Wohlweſen / und aigne / wie frembde Gerechtſamkeit Gefahr dörffte leyden durch einen unerwogenen Endſchluß / geſtaltſam der Spiegel das Vergangene / Gegenwärtige / und was erfolgen möchte / vorbilden ſolle: Alſo hat ſich ſehr wohl gefüget / daß eben in das Zeichen der Waag jene Zeit der ſibenden fünff Jahr eintraffe / welche alſo beruffen von verſchidenen Umbſtänden / Gefährlich- und Zweiffelhafftigkeiten deß Staats-Weeſens / daß auch die gröſte Staats-Männer in Irrung verfallen kundten. Hat nun unſer tieff-ſinnigiſter EMANUEL ſich in ſolchen Umbſtänden / und Zeiten der reiffen Klugheits-Waage embſig zu gebrauchen alſo begönnet / daß die Gerechtſame keiner Seiths möchte verletzet werden; ware der Sinn-Spruch ÆQUO PONDERE LIBRAT. Mit deme einſtimmig / was ſich begibt / wann die Sonne eintrittet in das Zeichen der Waag / daß nemblich Tag und Nacht in gleichem Grad: Solchen Spruch gibet das Teutſche alſo:

Jedem gleich- und rechtes Gwicht
Wahrer Klugheit Waag verſpricht.

Wie auch die Beyſchrifft:

WJer wirſtu jene Zeit dir ſonderbahr vorſtöllen
Die der Gerechtigkeit zu Schutz gedienet hab;
Weil ſich die Waage zeigt / in der die Sonn ſtehn wöllen /
Und was von ihr geliebt / Sie ſtätts zu kennen gab.
Du trifſſt es doch nit recht / hier mehr iſt jene Zeit /
In der mit ſondern Preyß wolt ſcheinen die Klugheit.

Nit daß du glauben sollst/ als wäre nit gewesen
Unser MAXMILIAN von der Gerechtigkeit
Ein gröster Schutz-Patron/ der sie so wohl verwesen/
Daß er niemahlen hat erzeigt so grosse Freud/
Als da er hat verschafft/ daß/ohne weitre Frag/
Jeden verreichet wurd/ was ihm gebühren mag.
Wie sein Regierungs-Arth war/zu dem Guten führen
Durch groß vorgesetzte Lohn; abschröcke durch die Straff.
Von bösen Thuen/ und alls vil leichter wolt verliehren/
Als die Gerechtigkeit; So/ daß schon der Boßhafft
Glückseelig nit kunt seyn/der Fromm nit ohne Lust/
Noch unvergnügt/wann es EMANUEL nur wust.
Die Waag soll doch mehr hier der Klugheit Lob verkünden
Als einer Zeit/ in der vil Schweres macht Gefahr/
Wo klug's Erwögen mehr der Irrung sollt entbinden/
Als ein geschärpfftes Schwerdt; diß kan auflösen zwar
Die veste Gorden-Knöpff in Alexanders Hand.
Nit steiffen jenes Recht/ woran ligt Cron und Land.
Hier gilt ein weiser Sinn in eines Fürsten Seele/
Auß dem Euripide, offt mehr/als grosse Macht/
Wie unser Fürsten-Sonn/ daß Sie mit nichten fehle/
Den Mittel-Weeg/und Waag niemal last auß der Acht.
Die Kräfften wögt Sie ab/die Umbständ auch zugleich;
Sucht in der Rechten Streitt zu treffen den Vergleich.
Als groß der Krieges-Muth/so wohl kunt Er ihn heuen/
Wañ mehr das Recht durch Krieg/als der Krieg durch das Recht
Gebillicht solte seyn; halt sicher kein Theil nemmen
In zweiffelhaffter Waag; damit er also möcht
Verehren beede Theil; doch ware seine Peyn/
Das frembd Begürd er nit könt zwingen/ wie die seyn.

Inscri-

Inſcriptio XV.

NOn fruſtra ſacris in Paginis, ceu magnam Principis partem, adductam fuiſſe putemus conditionem illam, quà Regentem populos oporteat eſſe Medicum non minùs, quàm Paſtorem, qui alere queat ſuos ſubditos, & paſcere; Primùm enim recuſandi Principatûs argumentum allegatur *Iſaiæ cap. 3. verſ.* 7. defectus conditionis hujusmodi, *Non ſum Medicus:* uti ſequentium: *Et in domo mea non eſt panis, neque veſtimentum, nolite me conſtituere Principem Populi.* Divino potiùs Oraculo inde docemur, nihil differre Bonum, dignúmque Principem à bono, & optimo Medico, qui ſuorum infirmitates, non tam corporales, quàm Politicas, & boni publici morbos noverit depellere; memorquoque moniti, *Medice cura teipſum.* Hujus conditionis ne minimam quidem defuiſſe partem MAXIMILIANO EMANUELI indubium vidit Europa; Hinc, quia Luſtrum præſens plenum fuerat ſiniſtris eventibus, qui dejicere potuiſſent quemcumque animum Noſtri Principis mente inferiorem; Is autem Magnanimitate ſua ſibi, ſuisque optimè mederi noverat, Medicorum more, qui Scorpiones mergunt in oleo, eóque ictus Scorpionum enerves reddunt; idcircò Scorpionis ſigno adjunctum non incongrue explicaturum credimus utrumque, & Aſtrum, & Luſtrum.

Epigraphe,

Non nocet Medico.

Ut maximi Menſura Principis
Magnanimitas eſt;
Sic infidæ ſemper fuerat
Medicamen fortunæ:
Solent hanc Magni animi
Provocare primùm,
Deinde contemnere, poſtremò vincere;
Ictus vero eodem medicari
Oleo,
In quo illam cum Scorpionibus mergunt.

Sic alio nolim metiaris calamo
Maximum MAXIMILIANI Animum,
Quàm *Magnanimitate* ſumma,
Eâque ceu congenita tota, ſemperque germana.
Sæpe læſus, nunquam non lætus,
Docuit,
Nil contra fortitudinem poſſe fortunam;
Vectigalem hanc fieri,
Si formidare neſcias;
Evadere Tyrannam,
Si metuas, ores, vel adores,
Non ſimilem ſe tantùm Olympo,
Infra cujus Verticem tonat,
Sed vel hoc ipſo ſiderum Principem
Se probavit EMANUEL
Quòd fronte ſemper æquali,
Tam nitidam fortunam,
Quam Luteam,
Tranſire conſueverit,
Ab hac inquinari neſcius,
Nec ab illa firmari.
Petant ſagittis, aut imprecationibus diris,
Infeſtum ſibi SOLEM
Atlantidum Gentes,
Peragit SOL ſurdus præfixum ſibi Curſum,
Pergit & in ſuo, ſemper Idem,
EMANUEL.
Injurijs, quo acriores fuerant,
Eò celſiorem ſe fecit,
Quàm ut ad Illum doloris tela pertingerent;
Tantáque ſemper fuit
De ſublimitate Serenitas,
Ut Illi natura credi potuerit,
Quod alijs eſt Titulus.

Die Sonne in dem Scorpion.

Die fünffzehende Beyschrifft.

DAß die Göttliche Schrifft an einem Fürsten auch zu erforderen scheine die Aigenschafft eines Artzney-Kündigens so wohl als eines Hirtens/ welcher nit nur wisse mit der Nahrung seine Unterthanen zu erhalten/ sondern auch zu haylen ihre Gebrechen/ erhellet auß dem Propheten Isaia am 3. Cap. 7. Vers. allwo für die erste Ursach sich zu endschuldigen von Annemmung der Fürstlichen Würde/ beygebracht wird der Mangel jener Aigenschafft; **Ich bin kein Leib-Artzt**/ wie die andere/ **daß er mit Brodt in seinem Hauß/und mit Kleydungen nit versehen**/ hat dann solche Fürtrefflichkeit keines Wegs ermanglet unserem abgeleibten **Durchleuchtigisten Churfürsten**/ welchem die Mittlen wider das untreue Glück/und seine Streich für sich/und die Seine dessen unvergleichliche Großmüthigkeit wunderſam verreichet/ durch welche Er wie die Artzney-Erfahrne die gifftige Scorpionen in das Oehl versencken/das allen anderen obschwimmet/ und mit solchem eben die Scorpion-Heckungen hayle/die unglückliche Zufähl/ und Verfolgungen also wuste zu entkräfften/ daß sie sein starckmüthiges Hertz niemahlen köndten verstöhren: wurde nit unfüglich beygesetzt der Sinn-Spruch: NON NOCET MEDICO: zu Teutsch

Der Artzt verlacht/
Solch Gifftes Macht.

Annebens die Beyschrifft.

WJe gröster Fürsten Höch nach Würden zu ermessen/
Edler kein Maß-Staab ist/ als die **Großmüthigkeit**/
So deß Untreuen Glücks ist dise auch gewesen
Die sicherst Artzeney/ und bleibet jederzeit.
Der Carath soll doch seyn/ von denen/ die da högen/
Ein warhafft groß Gemüth/daß Sie deß Glückes Treu
Gleich setzen auf ein Prob/ und es zu forderen pflegen/
Befindend seine Tück verachten ohne Scheu.

So

So dann es zu verfolgen/ mithin auch z'überwinden/
Und/wann sie auch gehöckt/ doch kennen ihre Streich/
Mit eben jenem Oehl schon haylen/ ohn empfinden/
Indem Sie es versenckt den Scorpionen gleich.
Nein nur kein andre Maß/kein Staab/und Messer-Ruthe/
Als die **Großmüthigkeit**/und die im höchsten Grad/
Deß MAXIMILIAN groß Fürst- und Helden-Gmüthe
Zu messen nach Gebühr/und nach der rechten Pfad.
Saheſt Jhn offt verletzt/ hast zugleich sehen müssen/
Daß er doch frölich war/ und zeigte in dem Werck/
Wie der Starckmüthigkeit nur lige zu den Füssen/
Und wider sie nichts kön das Glück/sein Tück/und Stärck.
Ja daß Fortuna sey/wie man sie wolle haben/
Dem jenen dienstbar werd/ der sie nit förchten kan/
Tyrannisch aber halt/und nur mit Gall thue laben/
Die/ so sie förchten sehr/ bitten/ und betten an.
Nit nur Olympo gleich/ der Donner all verlachet/
War schon EMANUEL: auch **Helden-Sön** zu seyn
Er allzeit mehr/und mehr sich wahr erkennen machet/
Der trübes Glück/ wie hell's/ durchgang mit gleichen Schein.
Auch wie die Sonne sich/ Gehörloß nit last irren
In ihrem schnellen Lauff/ ob schon der Fluch-Wort vil
Das Volck Atlantidum thut wider sie verliehren/
Wie auch vil tausent Pfeil auß pur boßhafften Will:
So bleibt MAXMILIAN gantz unzerstöhrt im Hertzen/
Je bitterer die Schmach/so höher sein Gmüth war/
Daß Jhn kein Pfeil erreicht/der bringē kunte Schmertzen/
Und von der Höhe selbst erfolgte/ das Fürwahr
Man ohne Wunder nit sein Heutrigkeit könt sehen/
Die allzeit nur vilmehr sein Angesicht geziehrt/
So/daß/ was andern man kan Ehrenweiß zu stehen/
Schon dem EMANUEL als von Natur gebührt.

Inſcriptio XVI.

Ruditorum quidem nemini ignotum eſſe ſupponitur, tam, unde Sagittarij ſignum ſit enatum, quod Centauri ſagittantis ſpecie repræſentatur, â translato nimirum in cælum Chirone, quàm ipſiusmet Chironis genus, & in terris geſtum munus; ſicut etiam, quòd ab Aſtronomis erraticum Martis ſidus nonnunquam teli formâ ſignetur; cur autem in ſequenti inſcriptione Chironis Sagittæ mortiferæ dicantur, quamdiu ab Apolline non diſcat alijs pharetram inſtruere telis, obſervatione non vacat. Cernimus nempe ſub hoc ſigno tellurem ſuo ſpoliatam virore, folia defluere, & omnia ferme languere; atque adeo influxum ejus ſideris, & veluti illius telum mortiferum eſſe terræ: videmus idem quaſi contingere terris bello vaſtatis, & occupàtis; expertaque eſt Bavaria abſente ſuo SOLE hoc luſtro præcipuè; Hinc Chironi exprobratur, quòd veluti utenti Martis telo damna cuncta imputentur, eáque complere monetur, & mutare, quandoquidem & ipſe Apollo noſter depoſuerat ferrea, & paci reſtituendæ laborabat, ſubditorum ſuorum Votis conformis, qui precibus ferventiſsimis (quas nonnemo ſagittas vocat aureas cælum penetrantes) ac ſuſpirijs maximis eandem quoque deſiderabant; ſicque, cum in fine Luſtri Paci revehendæ omnia jam colludebant, adjectum non ineptè fuit

Epigraphe

Complebo Sagittas.

Conde

Conde Pharetram immanis Chiron ;
Sagittæ ſalutis
Tua Tela non ſunt ;
Quamdiu ferrea eſſe non deſinunt,
Ad Mortem feriunt.
Quæ tandem Jacula feras,
A BOICO diſcas Apolline:
Noverat Is quoque vibrare ferrea,
Efferæ Gentis ubi petijt Natura,
Et perimendi fuerant
Cyclopes Thracij cum Pythonibus,

Metâ mutatâ ſuccedant aurea,
Ut ferrea, tandem, mutentur tempora,
Pacifici Patris haud degener Filius,
Cogitare etiam novit
Cogitationes Pacis.
Hoc ipſo *Magnus Heroum SOL*,
Qui bello natus, & Paci,
Illuſtret Exemplo,
Quæ, & in quos bella gerenda.
Armis ſuis uni militans Paci,
Pacata fidelium arma
Adeo ſolos contra fidei hoſtes
Verti volebat,
Ut velut teſtamento tranſcripſerit
Filijs,
Quæ victricia ſemper pro fide,
Et ingloria nunquam,
Aſſumpſerat arma.
Hoc ipſo feliciter
Se incanuiſſe ſub Gallea
Gaudens:
Quòd non impari animo
Hæc arma tractare videret
Natos,
Et maxima jam documenta dare,
Quàm ſint ab Origine nati
Leones.

Die Sonne in dem Schützen.

Sechzehendte Beyschrifft.

Ut felicem ſe credat.
Æſtimabitur cælo dignus,
Qui alio ſatiari Mundo noluerit,
Quàm cæleſti.

Sechs und zwaintzigiste Beyschrifft.

DEr unersättlichen Herrschsucht und Hochmüthigkeit wird zwar beygemessen / wann von Alexandro den Groß genannten der Pcët singet / daß ihme ein Welt nit genug ware / und zu weinen begunte / auf Vernemmen / daß noch ein andere Welt zu finden seye. Ein gantz andere Meynung enthalter der Sinn-Spruch / UNUS NON SUFFICIT ORBIS, wann solcher der Chur-Bayrischen Helden-Sonne zu geschriben wird; Dann / wie das Sinn-Bild vorstellte eine doppelete Welt-Kugl / deren eine die irrdische / die andere die himmlische entworffen / die Sonne aber / da sie der irrdischen untergangen / der himmlischen begönnte aufzugehen / also solte es verstehen machen / das grosse Gemüth EMANUELIS, welches ob es schon fähig so wohl die gantze / ja noch eine andere Welt löblichist zu regieren / doch mit keiner irrdischen / sondern allein so dann sich vergnügt haltete / wann es die obere Welt erreichen wurde; und also ist zu nemmen die Obschrifft / die zu Teutsch so vil / als

Mit einer Welt allein
Ich nit begnügt kan seyn.

Darüber auch die Beyschrifft:

EIn schlechtes Sinn-Bild zwar
Atlantis Stärck von grossen Gmütheren sey /
Wann er die gantze Welt zu tragen fähig war /
Dann er auf König deut / die ihre Landerey /
Gleich als auf Schulteren / starck seynd genug zu tragen /
Da Sie mit reiffen Sinn regieren ohne Klagen.
Jedoch MAXMILIAN;
Mit seinem Gmüth / macht dise Gleichnus schwach /
Als welch's vil stärcker war / als man beschreiben kan /
Die Gleichnus mit der Sonn vilmehr erklärt die Sach /

Weil

Weil eine Welt allein ihr nit genug sich zeiget/
Kaum einer untergeht/ die ander schon besteiget.
Erkühne dich noch mehr
Calliope, die grosser Helden-Lob
Zu singen warhafft pflegst/gib auch die wahre Ehr
EMANUELIS Gmüth/ das noch kaum sey ein Prob/
Von dessen Stärck/und Gröss/wie Atlas, so die Sonnen/
Als welches beeden hat den Vorzug abgewonnen.
Atlas war sehr beschwert/
Als den der Last dermassen hat gequellt/
Daß Er den Hercules, als Helffer/schon begehrt.
Nit also unser Fürst / der auch die gantze Welt
Ring hat geacht/weil ihm sein grosser Geist macht kennen
Die Lährigkeit deß Prachts/der nur ein Tandt zu nennen;
So warlich keinen freut /
Der das Gewicht von lähren Moß-Rohr faßt/
Und weiß/daß wer sie liebt/am Ende füllt das Leyd:
Wie dañ MAXMILIAN auch fröhlich sie verlast/
Und könte der Verlurst sein Hertz nit mehr betrüben/
Wie er/ die Eytelkeit begreiffend/ nit kunt lieben.
Darumb der oberen Welt
Sucht aufzugehn/ mithin scheint gröss̃er auch
Als diſe sichtbar Sonn / dann solche nur bestellt
Der irrdischen zu leichten/ und geht nach alten Brauch
Der untren auf / wann sie der Unsern untergehet /
Da doch die Bayren-Sõn im hochen Hũel stehet.
Welch'edl schöne Großheit
Ein Seel erhebt? die schon vergnügt nit mehr
Auch eine gantze Welt / noch ihr Glückseeligkeit
In selber suchen will/nur strebend nach der Ehr/
So in dem Himmel die gantz sicherlich erwartet/
Welche/was himmlisch/nur zu lieben seynd geartet.

Inſcriptio XXVII.

NOn ſunt Miraculo Principes, qui illorum tantùm captivatos numerant animos, quos habent ſubditos, & beneficijs cumulant; Nec magna laus eſt Potentûm, uti non ſemper ſincera, quam capiunt à ſuis, aut amicorum nomine ſignatis; Talem fuiſſe, vel eſſe, quem & ſubditi, & gratijs affecti, & inſuper ipſi laudare non deſinunt, magni habere, ac venerari, qui vel armis victi, vel hoſtium nomine veniunt, & vereri potius, quàm amare, aut magnificare ſolent, ſingulare laudis argumentum eſt. Hoc prætereundum non erat inter Encomia Sereniſsimi Electoris; non facilè quippe reperies Principum aliquem, qui omnium ita devinxit animos, ut vix, niſi nequiſsimus Dotum, & actorum cenſor, & virtutis hoſtis, inveniretur, qui MAXIMILIANUM EMANUELEM noverit, & non mirari, amare, ac dilaudare voluerit, ipſos quoque non excipiendo, quos victricia illius arma preſsêre. Quoad igitur emblemate hoc inſinuaretur, Coloſsi Rhodij jam terræ motù decuſſati Pollicem à Genio dimenſum pingere viſum fuit, ex quo Magnitudo totius cognoſci poſſet; & ſicut forſan ſimulacrum hoc majori fuerat admirationi jacens, quàm erectum, & omnes obſtupuêre tam Incolæ, quàm accolæ, ita ſignaret, Principi noſtro Encomiaſtes poſt obitum non defuturos; nam Plinij verba l. 34. c. 47. ſerviunt pro

Epigraphe

Jacens quoque Miraculo eſt.

Sept-

Septena Miracula mundus jactet;
Singula illa sunt,
Non septena in singulis:
In uno
MAXIMILIANO EMANUELE,
Quidquid videras,
Miraculo non fuit dissimile:
Octavum idcircò dicere nolumus,
Ne minora sint dicta,
Quàm facta.

Qui ex integro se fecit Epitomen
Heroicarum Virtutum. & Dotum illarum,
Quæ singulæ singulos poterant
Mirandos reddere Principes,
Miraculum Principum non minus,
Ac SOL,
Audire meretur.
Excessum ne metuas dictis,
Ab Adulatione profectum,
Mensuram magnitudinis tantæ
Ab ipso Mundo,
Velut à pollice sumas.
Discordi mundo tam inerat ingens
In ejus æstimatione Concordia,
Ut amantium erga se animos
Et laudatores eximios,
Vel ipsis in hostibus invenerit;
Quamvis hostes,
Nisi virtutis simul essent, & fidei,
Habere non debuerat,
Quem bonorum nullus nequibat amare,
Odisse nemo, nisi pessimus,
Potuit.
Tales igitur Encomiastes nactus
JACENS QUOQUE MIRACULO EST.

Siben und zwaintzigiſte Beyſchrifft.

VOn jenen allein geehrt/ geliebt/und angerühmet werden/ deren Gemüther durch Gnaden/und Gutthätigkeit gewonnen/ welche oder Unterthanen / oder der Schmeichel-Kunſt nit unerfahren/ iſt nit eben die ſichere Lieb / noch das aufrichtige Lob eines Fürſtens / wordurch derſelbe groß Ruhm-reich werde im Leben / und bey der nach-Welt/ angeſehen ſehr offt oder ein eigen-Nutz/ oder anderes Abſehen diſe Hochachtung erwecket; wann aber auch jene ſich Ruhm-redend / verwunderend/ und hochſchätzend einen Fürſten erzeigen / welche ihme umb anderes nit / als Niderlagen/ und Schwächung ihrer Kräfften zu dancken haben / iſt die klare Prob/ daß eine ſeltene Großheit / und ſonderbahre Tugendtſchafft dergleichen Fürſten verwunderlich mache/ da auch jene / die ſonſt einige Urſach geneigt zu ſeyn nit wiſſen beyzubringen/ getrungen zu bekennen / daß er ein groſſer Helden-Fürſt ſeye / oder ware. Auß diſem Grund hatte dannenhero auch eine Lob-Schrifft Unſeren Durchleuchtigiſten Chur-Fürſten erhollet ſollen werden; als welchen die Sonderheit ziehrte/ und verwunderlich machte/ daß ihne Freund und Feind/ Geringe und Hoche/ und Jedermann hoch ſchätzen/ und lieben/auch ehren müſte / der jhne erkennete/ wann er nit denen ungerechtiſt-urthlenden/ und abgeſagten Tugendt-Feinden beygezehlet ſeyn ſolte. Wie aber ſolche Wunder-Arth nach allen Stucken nit kunte angerühmt werden wegen Enge deß Platzes; alſo wurde in dem Sinn-Gemähl vorgeſtellet / daß ſchon zu Boden ligende Sonnen-Bild in der Inſl Rhodis, welches unter die ſiben Welt-Wunder billich gezehlet ware/wegen ſeiner ungemeinen Gröſſe/ und Künſtlichkeit; ein Deut-Geiſt aber/umb auß einen Theil die Wunder Gröſſe abzunemen/meſſete den Daumen diſes Bilds mit einer Schnur ab/weilen der Circkl nit zulänglich ſeyn wolte. Plinius gabe die Lateiniſche Obſchrifft an die Hand durch ſeine Wort/ JACENS QUOQUE MIRACULO EST, der Teutſche aber verſtehet es alſo.

Der ſtehend Wunder-Groß erkennt
Auch ligend / Wunder wird genennt.

Deme die Erklärung gibt die Beyſchrifft.

Ihr Rühme eytle Welt die groſſe Wunder-Wercke/
So ſiben an der Zahl /
Und ein Bezeugnus ſeynd der König Pracht/wie Stärcke
Der Künſtler dazumahl;

Doch siben der nur seynd/ und jedes ist allein/
Noch keins all siben halt; frag auch/ wo dise seyn:
Wil Wunder-samer ist/ in allen seinen Gaaben/
Unser MAXMILIAN,
Dañ/ was man sach an Jhm/ sollt alls den Namen haben/
Was man bewundren kan;
Deß achten Wunders-Nam Er doch darumb nit hat/
Damit nit minder sey der Titul/ als die That/
Der ein Begriff sich zeigt von allen/ was die Helden
Hoch Wunder-würdig macht:
Muß **Heldenwunder** man/ wie eine **Soñe** meiden/
Wan man ihn recht betracht:
Auch keines Ubermaß auß Schmeichel-Kunst besorg/
Es stehet selbst die Welt als ein gantz sichrer Porg.
Auß diser/ als dem Daum/ die Grösse kanst ermessen/
Ob selbe sonsten zwar
Sich nit vergleichen kan/ auch Zwitracht nit vergessen/
Indem doch einig war/
Daß sie EMANUEL einhellig hoch geschätzt/
Und höchsten Fürsten hat in Ehrung gleich gesetzt.
Ja selbsten haben Jhn auch jene hoch geehret/
Und Liebens-werth erkennt;
Die durch sein Waffen-Sig als von Jhm abgekehret/
Und Feinde man genennt;
Ob er schon keine zehlt/ als die der Tugendt feind/
Und Widersacher auch deß Glaubens worden seynd.
Dann wer könt jener seyn/ der Jhn verhassen solte/
Als der Böß-willigist?
Und welcher ware der/ so Jhn nit lieben wolte?
Von Frommen keiner ist.
Wer solches Lob verdient/ bey dem trifft warhafft ein:
Das Er auch/ da Er ligt/ muß ein groß Wunder seyn.

Inſcriptio XXVIII.

MYſtagogo tam parùm, quàm Mythologo opus erit, ut quæ in ſequenti Inſcriptione leguntur, elucidentur; Notum etenim cunctis haud peregrinis in eruditionum variarum generibus, ac Antiquorum ritibus credere expedit, quàm commune fuerit Romanis, Magnis Principibus, ac Heroibus Apotheoſin ſtatuere, ac cultûs formam; Alios quippe inter Deos, alios inter Divos numerare aliquando populi, ſpecialiter Senatûs, nonnunquam Cæſarum, mos erat; Nihil quidem hujusmodi ausûs credideris hîc irrepſiſſe Chriſtiano, ac catholico Encomiaſti, ſed antiquorum tantùm morem aſſumptum noveris conciliandæ perpetuæ Memoriæ, ac venerationi digniſsimi Principis; unde qui Lectori prudenti, ac verſato ſcripſit, nullam timet cenſuram; Apollini proinde grata dona pro ſymbolo aſſumebantur Laurus, & Olea in ara eidem ſtatuta offerenda, ut monito ſalubri colendi Principis modus ſuggereretur; atque adeò etiam dicebat

Epigraphe

Sic honorabitur.

Non ſolis planctibus
Sat bene parentabitis Veſtro Principi,
Et Principum SOLI,
Cives, & Populi:
Cui Apotheoſis paratur in Cælo,
Ara quoque debetur in Terra
Poſuit ille plures
Deo, & Cælitibus
Aras,

Et

Et Euchariſtico Numini
Maximam,
Cor ſuum
Ita integro ſemper affectu,
Ut
Quod vivens
Incommoda nulla deterrere poterant
A colendo,
Viſitando, comitando,
Nullo Principum more ſit paſſum,
Aut aromate tingi,
Aut avelli à corpore,
Sub ipſo Sacrario velatæ Deitatis
Sepulto.
Tantæ Pietati
Aram unicam negarè non licet,
Æternæ Reverentiæ Arrham,
Veſtra poſitam in memoria,
Sed nec vacuam ſtatuere.
Munera Apollini ſacra, ut SOLI,
Laurus, & Olea ſunto,
Concordi ſemper ſervato Obſequio
In Principes Veſtros,
Grata occiduo virebit Olea
Veſtra in Ara;
Nec deficiet illi Laurus,
Cùm & devincientes Vos gratijs,
Vincere ſtudueritis fide,
Et
Populos quoscunque.

✠ ✠ ✠

Acht und zwaintzigiste Beyschrifft.

FOlgende Beyschrifft ist gegründet auf die Gottseeligkeit deß Abgeleibten / wegen welcher jhne der Himmel auch nach dem Hinscheiden will geehret haben. Ubrigens ist solche entnommen auß dem Gebrauch der alten Griechen / und Römer / welche die grosse Helden / und Heerführer / oder sonst hoch verdiente Regenten also pflegten nach ihren Hintritt zu erheben / daß sie ihnen nit nur Bild-Saulen errichteten / sondern selbe oder unter die Götter / oder Göttermäßigen beyzehlten / und oder mit Altären / oder anderen Verehrungs-Gepränge ihre Hochheit vorstellten; Solche Weise aber will allhier nur zu einer Gleichnus dienen / nit nachgearthet werden von Christ-Catholischen Lob-Sprecheren; Derowegen allein für das Sinn-Bild gebraucht seyn das Gedicht von dem Apolline, oder der Sonnen / welchen gleichmäßig solche Ehre von dem Alterthum beygelegt / und geglaubet ware / daß kein mehr angenemmes Opffer dessen Altar bereichte / als Lorber- und Oehl-Zweige; umb anzudeuten / daß auch nunmehro dem / als eine Fürsten-Sonne / Abgeleibten solche / doch sittlicher Weiß / die angenehmste Ehrungs-Weise seyn solle. Welches sagen will der Lateinische Obspruch: SIC HONORABITUR, so heisset.

Auf solche Weise wird geehrt /
Der schon erklärt der Ehren werth

Solches wird fortgesetzt von der Beyschrifft.

LEyd tragen nur / daß jhr / O Burger! den verlohren /
Der Fürst / und Vatter war / genugsam nit beziehrt
Die Leich-Begängnus dem der Hinel selbst erkohrē
Ein höchre Ehrungs-Weiß / die solchen Held gebührt /
Soll ein Altar auch seyn errichtet hier auf Erd /
Mit / und durch welchen Er nach Würden sey verehrt.

Der

Der in dem Lebens-Lauff so vil Altär erbauet
GOtt/und den Heiligen; und für ein hoch Altar
Dem höchsten Sacrament sein Hertz hat anvertrauet/
Mit solcher Liebes-Flamm/ daß nur sein Sorge war/
Wie die zu mehren sey / damit auch jederman
Diß höchste Gut verehr/ als vil man's ehren kan.

Ja so groß war die Lieb/ daß schon nichts hat vermöget/
Was Ungmachs Namen hat/ sein Hertz zu halten ab
Von dem / der nur auß Lieb zu geben war bewöget
Sich in deß Brodts-Gestalt ; daß er nit allzeit hab
Jhn täglich angebett Meß hörend / und begleitt/
Zu dessen Schutz das Blut zu geben auch bereitt.

Welch'unzertheilte Lieb? die wolte nit zugeben /
Daß man/nach Fürsten Brauch/ sein Leib eröffnen sollt/
Und solches Liebs-voll Hertz von selben nach dem Leben
Absöndern / als der es / ob schon entseelet/ wolt
Vom Balsam unverfälscht/und sambt dem Leibe seyn
Unter dem Platz / worauf sich diß Brodt findet ein.

Solcher Frommseeligkeit könt jhr ja nit verneinen
Ein kleins Altärlein / so in denen Hertzen sey/
Zum Pfandt der Ehr/und Lieb/ errichtet von den Seinen
Durch der Gedächtnus Hilff: Jedoch nit Opffer frey:
Dann wie Apollo hat/ und die Sonn außerwöhlt
Die Oehl- und Lorber-Baum; Jhr solche gleichfahls stöllt ;

Wann jhr in Pflicht/ und Treu einmüthig werdet leben
Mit Mund/Hertz/Werck/ verhüt der Spalt-und Zwi-
trachts-Gfahr ;
Und wann Jhr keinem Volck ichtwas bevor wolt geben
Jn Eurer Fürsten-Dienst / wird allzeit bleiben wahr
Sig-deutend Lorber wachst in Bayren also wohl/
Mit dem es Fürsten crönt/ wie man sie crönen soll.

Inſcriptio XXIX.

QUatuor ſequentes Inſcriptiones breviores cæteris eſſe debuerant, ad laconiſmum redactæ anguſtia loci, cui appendebantur; quia tamen duæ penes Organum Eccleſiæ, & duæ ſupra Podium Electorale, ubi intereſſe Sacris ſolent Principes, cum hoc Templum ſua dignantur præſentiâ, poſitæ erant, nonnihil alludere videbantur, & quidem primæ ſuperpoſitum fuit loco ſymboli, qualiter Apollinis lyram manus è cælo porrecta ad ſe trahere volebat, renitente Bavariæ Genio, ac dolente; quandoquidem enim de Apollinis Lyra varia fluxiſſe beneficia Poëtæ fingunt; & ſenſum fabulæ creditur eſſe, quòd per Solis regulatum curſum totius Mundi harmonia ſervetur, ac rerum omnium concentus efficiatur; Idcircò illò collimabat Inſcriptio; quòd ſibi optatiſsimum habere debeat Bavaria; ne Prudentiſsimi Principis regulæ elabantur, ut optimus ſemper Politici ſtatûs concentus nunquam depereat. Hinc Genij verba formant

Epigraphe

Non dimittam Te.

Relin.

Relinque Mundo mirificam Lyram,
Benigniſsimum Cælum,
Si noſtrum ſuſtuliſti Apollinem;
Formidinis expers,
Quod Tuum concentum
Dormire quis faciat.
Solamen,
Non importuna narratio,
Noſtro in Luctu
Erit hæc Muſica;

Quàm, iſto de plectro,
Saxea quoque ſenſêre corda,
Ut concordia naſceretur
In amore.
Conſolare *Bavaria.*
Æternùm ſi ſonet in tua memoria
Tantarum Harmonia
Virtutum,
Hanc Lyram ſervabis,
Quæ nunquam non in Ilion mœnia
Tuos coire faciet Cives.

Neun und zwaintzigiſte Beyſchrifft.

FOlgende vier Lob-Schrifften ſeynd zwar umb ein namhaffres / als andere mehr kurtz verfaſt ; weilen aber der Platz / allwo ſie zu ſtehen ſolten kommen / abgeſchnitten ware einer Seiths von dem Orth / wo die Durchleuchtigiſte Fürſten dem GOtts-Dienſt beywohnen / und der roth Sammete Baldackin beſtändig hanget / anderſeiths von dem Orth der Muſicanten / und Orgl ; müſten ſolche abgekürtzet werden. Die hier ſtehende hatte für das Sinn-Gemählde die Harpffen Apollinis, welche eine von dem Himmel herablangende Hand allda hin ziehen wolte / dero aber der Bayriſche Teut-Geiſt widerſtehet / als erkennte Er / was Nachtheil erfolgen möchte : Dann unter ſolcher Harpffen die nutzbare / und den Staat ſicher haltende Reglen / und Ordnungen ; welche diſer Fürſt fürtrefflich erkennet / verſtanden können werden / die dann die Sorge für das gemeine Wollweſen nit will auß Handen laſſen / darumben den Obſpruch machet. NON DIMITTAM TE. Der Teutſch ſagen will :

Apollo mir entwich /
Doch nit entlaſſe dich.

Deutlicher die Beyſchrifft :

Ach! laſſe doch /
O gütigiſter Himmel / daß iene Harpffen noch
Verbleib der Welt /
Die alſo wundereich; wann du in dein Gezelt
Unſern Apollinem je haſt verzucken wollen /
Dann ohne Sorge biſt / daß wir vermögen ſollen
Zuſtöhren deine Ruhe; und das einſchläffren kan
Dein wohlgeſtimmtes Gſang ein mehr vereinter Thon.

Ein Troſt allein /
Nit ein unzeitig Gſchrey / wird unſrer Trauer ſeyn
Solch Saitten-Spill /
Von deſſen Wunder-Krafft der ſteinern Hertzen vil
Schon ſo bewöget ſeynd / daß man ſie ſicht vereinet
In Lieb / und keines mehr den Friden nun verneinet.

Getröſtet ſey
Getreues **Bayerland** / und leb all Zweiffels frey /
Wann ſtätts erſchallt
In dem Gedächtnus Ohr / das offen ſich erhalt /
Wie wohl zuſamm geſtimmt / in deines Fürſten Seele /
Die Werck mit Tugend Lieb; wirſt ſehen / daß nit fehle
Die Harpffen / und wie hoch zu groſſen Ruhm erhebt /
Dein Burgerſchafft ſich findt / weil ſie im Friden lebt.

Inſcriptio XXX.

APollinis Delphici everſum Tripodem, quem Genius Bavaricus conatur erigere, triſtis de everſione, pingi voluit auctor; uti enim hæc everſio ſignificare debuerat obmutuiſſe Apollinem olim fundentem ex tripode oracula, ſub quo ſapientiam Sereniſsimi EMANUELIS intelligere licet; ita triſti fato ſternente hunc Tripodem lugere videtur Bavaria, atque reſtitutum optat; Cui tamen remedium ſuggeritur per laurum Apollini ſacram, de qua Aëtius l. I. ſcribit, quòd ejus folia pulvinari ſupoſita ſomnia vera gignere ſoleant, quapropter Poëtas lauro coronari contigit. Cæterum, quam famoſus fuerit Tripos, & Apollo Delphicus per Oracula, quorum plura, & ſapientiâ magis plena nullum referebat fanum, neminem eruditorum latet, unde ſumma fuit affectus triſtitia Cæſar Auguſtus, cum nato Chriſto obticuit; Ejus adinſtar proinde ſollicita Bavaria ſuſpirat in

Epigraphe

Quis Nobis Oracula fundet?

Suppone Laurum capiti tuo,
Bojaria,
Somniabis Oracula ſine Tripõde.
Ex Apotheoſi Apollinis
Inſita virtus manet
His folijs,
Ut Oraculi ſpecies renovent,
Quod poſthumum reliquit
EMANUEL.

Docens

Docens exemplo conſtantiam,
In fide
Erga Deum, & Patriam:
In Religione,
Erga Cælites, & Eccleſiam;
In Pietate,
Erga ſuos, & Pauperes;
In Clementia,
Erga Subditos, & Hoſtes;
In Magnanimitate,
In proſperis, & Adverſis
Hac ſervatâ,
Tuta ſemper requieſces cum ipſo
In Pace.

Dreyſſigiſte Beyſchrifft.

DEr hochberühmte Dreyfuß Apollinis, oder jener goldener Tiſch auf dreyen Füſſen/ oder/ wie andere mit Plutarcho, jenes goldene Geſchirr/ in welchem die Wahr-ſageriſche Prieſter/ oder Prieſterin geſeſſen/ warde hier für das Sinn-Gemählde alſo geſtellet/ daß er zwar in dem Templ Apollinis zu Delphis umbgeſtoſſen zu ſehen ware; der Deut-Geiſt aber deß **Bayrlands** hierüber traurend/ ſelben widerumben aufzurichten ſich bemühet: anzudeuten die Weißheit deß verblichenen **Durchleuchtigiſten Churfürſtens**/ die jedermann bewunderet/ und deſſen Außſprüche gleich denen Oracklen gehalten waren/ nunmehr aber zu allgemeinen Leyd-Weſen erſtummet/ deßhalben dem ſeufftzenden Bayren zu einer Vertröſtung das Mittel deß Lorber-Biats an die Hand gegeben wird/ von deme Aëtius ſchreibet/ daß ſolches dem Haupt untergelegt in dem Schlaff/ durch wahrhaffte Träum das verlangte erkennen mache; welches gleichſam die Antwort auf jene Frag/ und Klag deß Deut-Geiſtes/ ſo für den Sinn-Spruch diente/ QUIS NOBIS ORACULA FUNDET? oder

Wo der Warheit-Sprüche ſollen
Wir Betrübte nun erhollen?

Dergleichen mehr ſagte die Beyſchrifft.

LBayren! unterleg / wann ruhen willst / dem Haupt
Ein schönes Lorbeer-Blat/dann ob dich schon beraubt
Deß Dreyfuß das Verhängnus /
Soll dir die Antwort doch der Warheit nit gebrechen /
Das Traumen selbsten wird dir Wunder-Lehre sprechen;
So dann leb ohn'Betrübnus.
Fragstu / woher die Krafft den Blättern sey beschert?
Glaub/daß der Himmel / als er den Apollo ehrt/
Und Göttern beygemessen /
Auch dise Würckung gab/daß sie Erinnrung schaffen/
Und stärcken deren Sinn/ die auf dem Lorber schlaffen/
Damit bleib unvergessen/
Was der EMANUEL gezeiget in der That/
Und als Wahrsagungs-Lehr / auch dir verlassen hat:
Nemblich beständig leben /
In Glauben gegen GOtt/ in Treu zum Vatter-Lande;
Den Heiligen mit Ehr/ wie mit dem G'horsambs-Bande
Der Kirchen sich ergeben:
In Liebe gegen die / so Anverwandtschafft seyn /
Auch gegen jene / die mit harter Armuths-Peyn
Beschwäret leben müssen;
Güttig dem Unterthan/und danckbar denen Freunden/
In Glück/und Unglück gleich großmüthig/denen Feinden
Barmhertzig; so wirst gnießen
Vollkommnen Ruhes-Stand mit MAXIMILIAN;
Ein Stand/den keine Macht der Welt zerstöhren kan.

✠ ✠ ✠

Inscri-

Inſcriptio XXXI.

SYmbolum hîc poſitum deſumebatur ex Ægyptiorum Hieroglyphicis, & repræſentandi modis; Ægyptij quippe Solem, ejusque poteſtatem adumbrant ſceptro, in cujus apice Oculus reſplendet, ut ſignificent, illum videre omnia, & proſpicere cunctis, ac illo aperto univerſa bene adminiſtrari: unde etiam communi phraſi Sol vocatur *Oculus Mundi*, qui, ſi obdormiret unquam, ſingula perirent in Orbe terreſtri; ut autem is dormitare ullo nequit tempore, & licèt ſubductus hemiſpherio uni, & alteri lucens, adhuc influxibus ſuis non deeſt; ita figurare debuit ereptum Principem; qui bene proſpiciens ſuis, dum luceret, Bavaris, non credi debet nunc dormire, ſed meliùs eorum invigilare bono, & ideò habet.

Epigraphe.

Regit, & proſpicit.

Vigil ſemper ſui Oculus Mundi
Dormire neſcit, neque dormitare;
Etſi ſomnum cæpiſſe videatur,
Gentilitij more Leonis
Oculis indormit apertis,
Noſtro licet Hemisphærio ſubductus
SOL eſſe non deſijt;
Empireo magis fixus in cælo
Regit, & proſpicit.

Ut tibi nunquam non bene ſit
Bavaria.
Qui abiens
Tam ſapienter proſpexit ſingulis,
Et deſiderium Sui
Reliquit omnibus,
Neminem dereliquiſſe cenſeatur,
Nec modo deſerere,
Dum
Cunctorum neceſsitates
Nunc veriùs, clariúsque cernit
Divinitatis in ſpeculo.

Ein und dreyſſigiſte Beyſchrifft.

DEß Scepters, auf deſſen Gipffl ein offenes helles Aug / bedienten ſich die klugſinnige Ægyptier der Sonnen Macht / und Einflüſſe vorzuſtellen; inmaſſen die Sonnen auch ins gemein das groſſe Welt-Aug genennet / welches alles durchſchauet / niemahlen ſchlaffet / und allzeit für der Welt Nutzen wachtbar iſt: Diſe Vorſtellungs-Weiſe wurde auch als ein Sinn-Bild gebraucht / ſo wohl anzudeuten die von dem abgeleibten Churfürſten außgeübte Vorſorge vor dem Hinſcheiden / als annoch verhoffliche Wachtſamkeit für die Seine allda / wo Er deren Nothdürfftigkeit klärer erkennet; deme beygeſchriben: REGIT, & PROSPICIT.

Das Fürſehen / wie regieren /
Den' gebührt / die Scepter führen.

Die Beyſchrifft erkläret die Meynung.

WEr ein ſtätts wachtbars Aug iſt ſeiner Welt geweſen /
Lebt / Schlaff- und Schlumerns frey / und wann er ſchlaffend ſcheint /
Schlafft Er mit offnen Aug / wie wir von Löwen leſen /
Der in dem Wappen-Schild / den Schlaff mit Wacht vereint.

Die untergangne Sonn verbleibet doch ein Sonnen/
Sey sie der Erd entzuckt / die sie anvor beleucht/
Hat in der untern Welt den Aufgang Sie gewonnen /
Und unsre glauben wir / die Obre hab erreicht;
Wo sie auf Bayren sicht mit hellen Gnaden-Strahlen/
Das stätts sein Wohlstand wachs: dann der im Abschid wolt
So weißlich jeden thuen Vorsehungs-Hülff / und allen
Hat sein Begürd verschafft / von dem man glauben solt/
Daß keinen dazumahl / er würcklich hab verlassen/
Noch jetzt verlassen will/ da er nun besser kennt/
Was jeden manglen kan/und stätts mehr Lieb wird fassen
Vom Spiegel wahrer Lieb/wie GOttes Aug sich nent.

Inscriptio XXXII.

DUbio quidem omni caret, totúque notum magis est Mundo, quàm ut probetur, quantis Trophæis glorioſus fuerit MAXIMILIANUS EMANUEL, qui tot victorijs clarus, hoſtibus ſuis vix non innumera eripuit vexilla, cæteráque militiæ inſignia, & arma, quorum plura tam in templis, quàm alijs in locis adhuc ſuſpenſa cernuntur; Ex illis tamen, ſymboli loco depictis, aliam Encomij, ſimul & inſtructionis anſam depromere non incongruum videbatur, veluti coronidis loco, & lemma adjectum duplici adhibere ſenſui, ut non ſolùm edicat, extare etiamnum Victorioſiſsimi Principis gloriam, atque immortalem reddi per Trophæa, quæ ſuperſunt illæſa; ſed illum ita devinxiſſe ſibi omnium animos, ut nullâ, niſi ſola ſummæ ingratitudinis potentiâ, tolli poterint Trophæa, quæ tam grata, de mentibus reportata, victoria ſtatuit in cordibus gratis; quapropter erat.

Epigraphe

Illæſa ſuperſunt.

Im.

Immortalis Gloriæ,
Et
Glorioſæ Immortalitatis
Argumenta ſunto Trophæa,
Quæ erepta Hoſtibus,
Et illæſa ſuperſunt.
MAXIMILIANO EMANUELI
Nec iſta deficiunt,
Nec ulla horum ſufficiunt;

Qui
Propria quoque illæsa per arma,
Posteris transcripta,
Quia semper victricia,
Majora statuere potuit Trophæa.
Quin,
Nunquam intermorituram Gloriam
Ita quærenti per facta,
Et collata in omnes beneficia,
Acsi non habuisset a Dotibus, & Virtute,
Grata magis nulla credideris esse
Trophæa,
Quàm, quæ in omnium animis,
Æternum grata statuit Memoria.

Zwey und dreyssigiste Beyschrifft.

VOn selbsten ist zwar mehr Welt-kündig / als zu erweisen nothwendig / mit wie vilen herrlichen Sigen der grosse MAXIMILIAN EMANUEL seine Glor-reiche Waffen beherrlichet / und derowegen leicht ermeßlich / welch'eine Menge der eroberten Sigzeichen / feindlicher Fahnen / Waffen / und Kriegs- oder Feld-Gerüst vorzuweisen seye / welche deß abgelebten Rhum / und Ehre verewigen; Derselben hat man sich jedoch nit also / und zu solchem Ende allein / für ein Sinnbild bedienen wollen / daß nit vilmehr sie auf ein anderes deuten / und dahin zeigen sollen / wie er die Glor-reiche Unsterblichkeit seiner immer fürwehren-den Hochachtung / auch durch Sigzeichen der gewonnenen / und durch die Mildseelig- und Gutthätigkeit gefäßleten Hertzen grün-den wollen / und warlich gegründet habe: inmassen nit allein die sichtbare den Feinden aberhaltene Sigzeichen / sondern auch seine in denen Hertzen noch allzeit lesliche Gedächtnus-Mahl unverletzet zu finden seyn. Derowegen beedes anzuzeigen der Sinn-Spruch ILLÆSA SUPERSUNT. beygesetzet worden; das ist

Ewig bleibet unversehrt
Was den Sig / und Ruhm bewehrt.

Wie

WJe zeugen grosser Thaten/die wahre Ehr verschaffen/
Unsterblich machē auch der tapffren Helden Nam/
Wie deß verdienten Ruhms/der ewig bleibt/die Waffen/
Und Fahnen/so man offt dem Feind Sig-reich abnam/
Warhaffte Zeichen seynd:
So ist vergebne Sorg/ob sich Sig-Zeichen finden/
Die unverwesen noch verlast MAXMILIAN:
Unzehlich dise seynd/die solche Ehr verkünden/
Und fangt der ewig Preyß mit selben nit gnueg an/
Wie durch erlegte Feind.
Hab auch der Waffen-Glantz/die seine Hand geführet/
Mit Palm-und Lorbeer-Strauß/umbwunden/und vermacht
Seinen Nachkömblingen/ihn von selbst gnug beziehret/
Und unversehrten Nam auf ewig beygebracht:
Nach grosser Helden-Arth.
Hab gleich der hoche Grad so viler Fürsten Gaaben/
Und Wunder-Tugend zierd/die eine Sonn allzeit
Die Seel EMANUELS Ruhm-reich bestellet haben.
Ihn von dem Zahn der Zeit/und der Vergessenheit
Der Nachwelt wohl bewahrt.
Doch der mehr seinen Ruhm zu ewigen erwöhlet
Mit dem wohlthättig seyn/so das Gemüth besigt/
Dem wird kein Siges-Zeich mehr angenehm gestellet/
Als welchs das Hertz errichtet/so danckbarlich erwigt
Seine Mildseeligkeit.
Hat diß um dich nun gwiß/O Bayren/Er verdienet/
Wird ewig auch dein Nam ins Ehrenbuch versetzt/
Wann sein Gedächtnus stätts in deinem Hertzen grünet/
Und dein Erkanntlichkeit wird bleiben unverletzt
In der Zeitewigkeit.

Inſcriptio XXXIII.

Upererat adhuc locus ſat amplus ſupra majorem Templi portam interiorem, medius quidem, inter bis ſena Zodiaci ſigna, ſed à nullo horum occupandus, ut diſtributionis æqualitas hinc inde ſervaretur. Ne tamen vacaret; & à more antiquiori non deflecteret Auctor, illuc ponere voluit non inſcriptionem ſolummodo monitoriam diſceſſuri Lectoris, & Spectatoris, ſed inſuper in Tabula grandiori exhibitâ picturâ oculum provocare, ut firmiùs hæreret monitum, cùm magis irritent animum oculis ſubjecta fidelibus, quando ſcriptura animata cernitur ipsâ picturâ, & hæc per verba firmatur, aut explicatur.

Igitur non incongruum videbatur reliquo Argumento, quod SOLIS ſub Allegoria diſperſim per totum templum Principis Encomia eloquebatur, ut hîc ſimulacrum ipſum Solis, in Inſula Rhodis ad Maris Oram collocatum, depingeretur, quod Tempus, & Mortalitas proſternere conabantur, & jam ad lapſum deduxerant; ut ita ſignificaretur, quàm nihil ſit immune ab interitu in humanis, ſi ipſa Orbis Miracula exiguum ſubvertere potuit Tempus. Sicut enim Coloſſus iſte unum erat ex ſeptem Orbis Miraculis, utpote opus duodecim Annorum, tantæque altitudinis, ut ſeptuaginta Cubitos Geometricos excederet, & ſub cruribus ejus Navis velis, malóque inſtructa facilè pertranſire potuerit, ex metallo immenſi ponderis artefactus, ita ut poſt lapſum ejus nongenti Cameli onerati fuerint eo metallo, quod in terra reperiebatur; nihilominus tempus quinquaginta ſex annorum dejecerat; ita mirum nemini videretur, ſi Maximi quoque & ſplendidiſſimi Principes ſternantur exiguo tempore, atque ideo unusquisque moneatur, quàm parùm firmiter ſtet. Quemadmodum & ſubjecto Carmine factum eſt, in quo etiam antiquorum Tragædorum mos obſervatus fuit; illi enim peracta fabula populum dimittebant his verbis: ABIRE LICET. Ergo in hæc verba loquebantur Verſus ſubſcripti.

CERNIS, UT EXIGUUM STERNAT MIRACULA TEMPUS,
SINT ORACLA, TIBI QUAM BREVE TEMPUS ERIT.

SPLENDIDA SPECTABAS BAVARI QUI FUNERA SOLIS,
NIL TIBI SPLENDOREM, QUAM BONA FACTA DABUNT.

SED CAVEAS, NAM MORS SPECTAT SPECTANTIA MORTEM.
NE TE, DUM SPECTAS FUNERA, MORS RAPIAT.

FABULA QUANTA SUMUS! SED NI BONA CLAUSULA SCENÆ;
NON ERIT EXTREMUM PLAUDITE, ABIRE LICET.

Drey-

Drey und dreyssigiste Beyschrifft.

OB der grossen Kirchen-Porten von iñen wäre ein grosser Platz umbsetzet verbliben / weilen sich nit fügte eines der himmlischen Zeichen dahin zu setzen / damit die Gleichheit in der Theilung deß Sonnen-Crayses gehalten möchte werden in dem Langhauß: wie sich aber an solchem Platz keine Schrifft mehr füglich befande / als eine von denen / welche nach der Regl dergleichen Trauer-Gepräng den Schluß / und Beurlaubung deß Lesers mit einer kleinen Lehre machen solte: also wurde die nächstfolgende dahin gehäfftet / welche jedoch auch nit lebloß zu lassen / darumben einem Gemählde beygeseilet worden / damit sie mit solchen mehr in das Aug/und durch das Aug in die Gedächtnus kommen möchte.

Ware nun das gantze Werck unter der Allegoria der Sonnen verfasset / wolte der Auctor auch am Ende von solcher nit weichen; derohalben wurde entworffen das grosse Sonnen-Bild / welches von denen siben Welt-Wunderen eines / und in der Insul Rhodis nächst an dem Meer-Port aufgestellet gewesen / in Gestalt eines grossen Risens in der Höhe von 70. Ellen-Bogen / also schwer von Mettall / daß allein von dessen auf das Land gefallenen Stucken 900 Camellen beladen worden/ und was anders von disem Kunst-Stuck / an welchem der Meister 12. Jahr gearbeitet / die Geschicht-Schreiber mehr melden. Wie aber solches Welt-Wunder mehr nit / als 56. Jahr gestanden seyn solle / also wurde auch beygesetzet/ welchermassen die Zeit in unvergleichlich kleinerer Figur disem Colosso einen Fuß abhaue / die Sterblichkeit aber solchen mit am Halß geworffenen Sail umbzureissen im Werck begriffen seye. Das Absehen dises Gemählds ware unschwer zu erkennen/massen/wañ unter dem Colosso Solis, oder dem grossen Sonnen-Bild unser abgelebter Durchleuchtigiste Chur-Fürst/ als ein Wunder unter denen Fürsten/ und wahre Helden-Sonne / zu verstehen gewesen / wurde auß deme / daß Solchen eine nit grosse Zeit der Welt entrissen / die Lehre offenbahr / wie keine Zeit gering zu achten / deren jede auch die gröste Geschick- und Herrlichkeit fähig zu stürtzen. Dahin deuteten gleichfahls die beygesetzte Vers, in welchem der Schrifft-Steller auch beobachten wollen den Gebrauch der alten

Schau-

Schau-Spiller / welche nach geendigten Trauer- oder Schau-Spill die Zuseher beurlaubten mit dem ABIRE LICET, jetzt kan man gehen: Nachdeme denen Spillenden wegen wohl biß ans Ende vertrettenen Personen der Plauß mit Handschlag und Preyß gemacht worden. Die Lateinische Vers werden hier in gleicher Zahl der Reymen / und möglichst nach dem Buchstaben ungezwungen ins Teutsch also versetzet.

Sichst du welch'kleine Zeit Welt-Wunder stürtzen könne /
Merck: wie der Todt villeicht dir kurtze Zeit vergönne /

Das Schein-voll Leich-Gepräng der Bayrn Sonn wolst sehen /
Glaub: nichts den Schein dir gibt / als Werck die gut beschehen.

Doch hüt dich: der Todt schaut auf die / so Leichen schauen /
Daß nit / da Leiche schaust / der Todt dich nemm ohn' Trauen.

Welch' Fabl-Spill ist Leben! wird doch der Schluß nit bstehen /
Wird letzter Plauß nit seyn; wohl gut: jetz kan man gehen.

Sequuntur Inſcriptiones perbreves:

Hinc inde diſperſæ, ſive in Mauſolæo, ſive in appenſis Tabulis factorum Heroicorum.

NE Mauſolæum, ſeu funebre pegma, quamvis à ſtructura magnificum, ut ſuprà dẽſcripſimus, omninò eſſet mutum, quadam ſaltem vocula auctor literarij Apparatus (cùm nullam in inventione ſtructuræ partem habere permiſſus fuerit) baſes ſtatuarum, quæ virtutes Cardinales repræſentabant, vocales reddere voluit: uti & Urnæ ſepulchrali quatuor apponere ſymbola Lemmate animata. Simulacro igitur *Juſtitiæ* ſubſcripta fuêre hæc verba

Juſtitiæ Cultori Maximo,
Qui vivens
Neminem dolere voluit,
Juſta
Nemo negabit luctus tributa,
Niſi injuſtus.

Unter der Bildnus der Gerechtigkeit waren geſetzt diſe Wort.

Dem gröſten Eyfferer der gliebten G'rechtigkeit/
Der lebend hat geſorgt/ daß keiner klagen ſolte:
Niemand den Trauer-Zinß/ſo eine Billichkeit;
Verſagen kan/als der ſelbſt ungerecht ſeyn wolte.

Statuæ Prudentiæ verba ſequentia.

Præficam *Prudentia* agit
Extincto Prudentûm Principi
Socios petit omnes
Qui ſapiunt.

Unter

Unter der Klugheit.

Ein Trauer-Frau zu seyn sich selbst die Klugheit zeiget;
Weil nun der Klugen Fürst verblichen liget hier.
Gesellen sie erwart / all/ die Ihr seynd geneiget /
Und Weise wollen seyn/ als Traurende mit Ihr.

Imagini Temperantiæ isthæc.

Contra *Temperantiam*
Non peccabis,
Etsi à lacrymis
Temperare nescias.

Unter der Mäßigkeit.

Sündhafft nit förchte dir zu handlen in der That
Wider die Mäßigkeit /
Wann schon dein Hertz die Krafft zu halten hier nit hat
Ein Maß der Traurigkeit.

Iconi Fortitudinis talia.

Dolenti Virtuti
De erepto Magistro
Si condolere nescias,
Nemo Te fortem,
Sed saxum dicet.

Unter dem Bild der Starckmüthigkeit.

Sichst die Starckmüthigkeit sehr trauren hier und weinen/
Weil den Lehrmeister sie entzucket klagt zu seyn.
Doch kein Mitleyden wilst mit ihr zu tragen scheinen/
Niemand starckmüthig dich nennt/aber wohl ein Stein.

Symbola porrò Urnæ affixa ad significandum luctum ex Electoris Pientissimi occasu conceptum tam à Serenissima Vidua, quàm Filijs Serenissimis, totaque Domo Bavarica, & Patriâ; quaterna, uti diximus, fuêre, & sequentia.

Pri-

Primum, quod Jacturam maximam *Sereniſſimæ Electricis* ſummè luctuoſam exprimere debuerat, efformabatur Ecclipſi totali Lunæ Apogæo proximæ, quæ terræ globo interjecto inter illam, & Solem ad Hypogæum deſcendentem, lucis perdit ſplendorem ex umbra à terra injectâ, ut ita adempto conſortio *Sereniſſimi Conjugis* inumbratam omnem Jucunditatem relictæ Viduæ declararet: Appoſitum fuit

Lemma

Adimit conſortia Lucis.

In

IN unserer Mutter-Sprach scheinet zwar nit also wohl füglich dises Sinn-Bild/ allermassen in solcher dem Schein nach durch die Redens-Arth der Mond Mannlich/ die Sonn Weiblich wird gehalten; gleichwie aber schon ins gemein so wohl in allen anderen Sprachen/ als der Erkanntnus bey zweyen Ehegenossen das Manns-Bild unter der Sonnen/ das Frauen-Bild unter dem Mond verstanden wird/ also konte sich auch hier fügen/ daß eine Durchleuchtigiste Churfürstin vorgestellet wurde unter dem Mond/ welchem das sonsten von der Sonnen empfangene helle Liecht/ durch die nun solche verdeckende Erden/ mithin alle Frölichkeit benommen/ und hierüber geklaget wird: Welches der ins Teutsch über- und beygesetzte Spruch entdecken will/ der also geben kan werden.

Ach! mir benimmt die Erd deß Liechts Genuß zu sehr/
Da sie verhüllt mein Sonn; Soll diß nit fallen schwer?

SEcundum, quia Sole per Occasum sublato terram madefieri contingit, & roris in stillicidia aër resolvitur, id poëtica libertate attribuitur Stellis, Solis sui absentiam plangentibus, stellarum verò sub figura hic *Sereniſſimam Prolem*, conspicuam summè tristari de obitu *Amantiſſimi Parentis*, ponere ausi sumus, dum Stellas lacrymantes, seu copiosas in guttulas, ceu lacrymas defluentes pingi curavimus, adjecto

Lemate

Solémque suum sua sidera plangunt.

WJe unter denen Sternen / welche ihr Liecht von der Sonnen empfangen / die Erben eines hellglantzenden Vatters verstanden werden / die Tau-Tröpffen aber / so nach untergangener Sonnen die Erden befeuchten / von denen Dichteren / als Zäher der Traurenden Sternen erkennet seyn wollen; Also haben solche für ein Sinn-Bild dienen sollen die Betrübnus der Durchleuchtigisten Erben zu entwerffen / welches die Beyschrifft sagen will / so zu Teutsch lauten mag.

Die Sterne trauren auch / da ihre Sonn verblichen /
Und mit der Sonnen ist der gröste Trost entwichen.

Ter-

TErtium, ſignificaturum Triſtitiam toti AUGUSTÆ STIRPI BAVARICÆ enatamhoc fato, lugentem LEONEM, utpote Gentilitij Stemmatis præcipuam partem, jubâ demiſsâ, & vix ex antro progredi volentem pro ſubjecto habebat; cui ex Luciano deſumptum apponebatur.

Lema.

Lacrymis maduêre Leones.

Zu Entdeckung der groſſen Trauer deß geſambten Durchleuchtigiſten Stammens/ und Bayriſchen Chur-Hauſes wurde für das dritte Sinn-Bild gemahlen ein höchſt-betrübter Löw mit geſenckten Haupt / und deme begeſetzet deß Luciani Wort/ ſo in dem Teutſchen Reym will ſagen:

Secht/daß in Thränen hier die Löwen ſelbſt zerflieſſen/
Wie groß wird den Verluſt man allzeit nennen müſſen?

QUartum debuerat repræſentare, ſubditos omnes, & univerſam Bojariam, uti Palatinatum Superiorem, ſummo dolore mergi, cum SERMUM ELECTOREM, ceu SOLEM occubuiſſe ſenſêre; unde pingebantur aliquot frutices plantarum paluſtrium, quæ ad Euphratem fluvium reperiuntur,& LOTHUS nomen, eam verò habent naturam, ut occidente Sole ſeſe aquis immergant; quo exprimeretur luctus ſupradictus: id, quod etiam loquebatur adjunctum

Lema

Tecum commergimur Omnes.

Das

DAs vierdte / vorstellte das Gewächs Lotus genannt / welches an dem Fluß Euphrate sich findet / und von der Aigenschafft / daß es mit der untergehenden Sonn sich in den Fluß versencke ; damit nemblich das grosse Leyd aller Unterthanen / und Chur-Bayrischen Landen über den Untergang ihrer Gnaden-Sonnen angezeiget wurde / darum der Lateinische Sinn-Spruch zu Teutsch auch sagen mag.

Bey deinen Untergang O Sonne unsrer Erden /
In Trauren auch wir all Schmertz-voll versencket werden.

QUæ denique plurimis de Victorijs Maximiliani Emanuelis, & comprobatis per facta, Virtutibus illius Heroicis, & Bellicis, pro Fide, Cæsare, ac Augustissima Domo Austriaca, quædam expressæ Pictorum manu, apprensæ fuerant in Tabulis; Has quoque subjungere oportuisset sculptas; verùm ne adhuc diutius opus tardaret cælatoris manus nimiùm occupata, paucis solummodo verbis descriptas dare expediebat, exiguósque versus singulis tabulis annexos apponere, cùm plures tunc capere non potuerit relictus inscriptioni locus, nec modo alios adjungere deceat.

UT igitur prima inter Expeditiones Bellicas Glorioſiſsimi hujus Electoris fuerat ea, quam assumpserat vigesimo primo Ætatis anno, dum Ipse cum copijs suis succurrebat Metropoli Austriæ, ac Imperatoriæ sedi Viennæ, immenso Turcarum exercitu, & arcta obsidione pressæ: ita, cùm ejusdem Urbis liberatio, Hostiúmque maxima clades magna ex parte imperterrito Maximiliani, ceu Boici Martis, animo attribui potuerit, primo quoque loco visenda dabatur; animata consonantibus argumento verbis:

PRESSA VIENNA GEMIT, SED LUNA RETROGRADA FACTA
SOL, PARS SPLENDORIS BOJCE MAGNA TUI, EST.

Welche Wort in Teutscher Sprach also mögen lauten.

Wann Wienn belagert seufftzt / der Mond den Krebs-Gang gwonnen /
Gebührt dir grossen Theils die Ehr / O! Bayren-Sonnen.

Se-

SEcundò. Expugnatio Strigonij, & Fortalitij annexi, quod Turcæ occupaverant, Armis, & fortitudini Bellicæ ELECTORIS noſtri debebatur; unde ſubſcriptum Tabulæ, illam repræſentanti, fuit

STRIGONII CLAVES QUOD TRADAT TURCA,
TUORUM
CLAVA FACIT: TE LAUS MAXMILIANE
MANET.

Welches ſo vil ſagen will.

Erzwingt der deinen Stärck / daß Gran der Türck
muß geben/
Wird MAXIMILIAN dein Lob beſtändig leben.

TErtiò. Recuperare Strigonium Ottomanica agmina dum volunt, ſuper-venienti *Electori Bavarico*, & magnâ ſtrage recedere cogenti, adſcribitur laus glorioſæ liberationis hujusmodi ſubſcriptione

GLORIA SOLA FUIT TUA SOL, QUOD LUNA CRUENTA
STRIGONIO REDEAT, CLADIBUS AUSA LUENS.

Zu Teutſch.

Der Preyß bleibt dir allein O Sonn! das Blutvoll weichet/
Von Bran der Mond/ und nur ſein Niderlag erreichet.

Quartò.

QUartò. Quàm prima obsidione frustra tentaverant expugnationem Metropolis Hungariæ arma Cæsarea, secundâ feliciter obtinuêre, dum Serenissimus Bavariæ Elector Arcem cum suis ita fortiter aggressus fuit, ut tantæ Magnanimitati Turcæ resistere non valentes cedere, & armatâ manu sibi Castrum simul cum Urbe eripi videre debuerint. Unde quo durior fuerat sparta, eò major tanti Heros fervor, & gloria; quem, dum semper sub SOLIS Allegoria consideravimus, hic quoque, & in alijs Versibus vocari vides. Subscriptio hæc erat:

QUÆ MAGIS ALTA, PETUNT MAGIS ACRIA SPICULA SOLIS;
BUDA DEHINC BAVARO FULMINE TACTA RUIT.

In unserer Sprach mag solches verstanden werden.

Je höher das Schloß ist / so schärpffer die Sonn-Strahlen:
Darumb muß Ofen auch durch Bayrisch Stürmen fallen.

✠ ✠ ✠

QUintò. Famoſum illud prælium, ac duriſsimum ad Colles Harſicos, ſimul autem & ingens Victoria videbatur expreſſa, quam imperterritus Ardor MAXIMILIANI EMANUELIS obtinuit maxima Turcarum Clade, ſubſcriptio aliquid dicebat, ſed non ſatis poterat exprimere ſolo Diſticho.

TELA PLUANT, HAUD ARMA TIMES
LEO BOJCE, LUNÆ
SIC FIDEI TUTOR, CORNUA RUMPIS
OVANS.

Zu Teutſch.

Es regne Pfeil / der Löw auß Bayren förcht kein Waffen /
Dem Mond gebrochne Horn / dem Glauben Schutz zu ſchaffen.

Sextò.

SExtò. Ut ſummo omnium, ipſorum quoque Ottomanorum ſtupore Heroicam Fortitudinem ſuam Sereniſſimus in Hungaria coronavit Tranſitu fluminis Savi, & obſidione Metropolis Serviæ, quam & mirando auſu in foſſam primus deſaltans, expoſitus Telorum, & Saxorum imbribus, expugnavit; ita ſexto, ac ultimo Loco id oculis exponebat pictura, ac ſubſcriptio:

QUANTUS AMOR FIDEI! NUDO DUM PECTORE PRINCEPS
IPSUS ADIT VALLUM, CÆSARI UT ALBA CADAT.

So mit vermehrten Reymen alſo gegeben wird in Teutſch.

Welch'Glaubens-Eyffer treibt den Fürſten an dermaſſen/
Daß er mit offner Bruſt ſich ſelbſt ans Stürmen wagt?
Nur damit Belgrad fall dem Käyſer/ heiſt er faſſen
All friſchen Muth/ und ſpringt in Graben unverzagt.

HÆc ſunt, amice Lector, quæ fuerant cernenda, & legenda, feſtinato labore expoſita, dum ſolennes exequiæ celebrabantur: deſiderata fuiſſe plura, irrepſiſſe ſcribentium feſtinatione errores plurimos, & expectationi, uti merito Principis tanti non factum fuiſſe ſatis, haud ignoramus, quemadmodum jam monuimus in Principio, erubuiſſet proinde Auctor, ea denuò publicæ luci committere, niſi compuliſſet illorum imperium, quibus non obedire majus fuiſſet piaculum, unde confuſione contempta parere, & minùs habens potiùs, quàm refractarius comparere voluit. Porrò, ut eſſe ſolet eorum mos; qui audere aliquid jam cœperunt, quoad aliorum magis voluntati, quàm ſuæ obſequantur; ita, ſi videris ſubjunctum publicis hisce affixionibus id quoque, quod moliebatur in ſolitudine dolens animus, ne mireris calente adhuc calamo ex injuncto opere, dum hoc pendebat ante omnium oculos, mentis impetus cudebat aliud; & argumentum alterum, quod Apparatui funebri, deſtinaverat animus, alio cœpit excolere ſtylo, atque in funebrem Orationem convertit: Et hanc quidem cum alia litteraria ſuppellectile curta tenebris domeſticis potiùs obvolutam voluiſſet, quàm hîc prodire, utpote non argumento operis conſonam, nec latis excultam, quia expolire volentis manui ſubducta: ſed ſimili ſuccumbere fato oportuit, quod reliqua ſentiunt; eapropter pari dignaberis veniâ, non præſumptionem credere, dicendo potius; placet conatus.

MARS

MARS
CHRISTIANO-BOJCUS
IN
AREOPAGO SANCTIORI
Vocatus in Judicium & Defenſus.

ORATIO FUNEBRIS
PRO
SERENISSIMO ac POTENTISSIMO
QUONDAM ELECTORE
MAXIMILIANO
EMANUELE
DUCE BAVARIÆ, &c. &c.

QUo me triſtem, quò trahebatis Umbræ? in quam Orcheſtram deductum me videram, ſi tamen videre potueram, ignarus propemodum, vivósne verſabar, an inter Manes luctarer? aderam plane ſcenæ vix non in totum coopertæ mortis caligine; ubi cuncta nigreſcunt, premit fauces triſte ſilentium, pallor occupat ora, labra tremunt, madent oculi, & illos quoque non de-

ſerit horror, quos, pavere cæteroquin nihil, ipſa jubet ſecuritas. Heu ſuperi! dicebam, in hanc me ſervare diem, huic quoque ſupereſſe fato, lugubríque magis præſentem ſpectaculo voluiſtis miſerum? Nondum à nœnijs flebiles conticuêre voces; nondum à lacrymis tremulæ ſiccantur palpebræ; nondum à ſingultibus palpitantia corda tacuerunt; & jam uno de luctu in argumentum alterius traducitur animus? Ereptum, eheu! præmature nimis, non Bavariæ ſoli, ſed toti Europæ, Orbíque Chriſtiano etiamnum dolent univerſi, quos orthodoxæ fidei verus occupat amor: ereptum, inquam, Heroum Principem, & Principum Jubar in Maximiliano Emanuele Sereniſsmo quondam Imperij ſidere, Electorum ſplendore, Bavariæ Duce, Fideíque Tutore: Maduêre lacrymis, madéntque Leones Gentilitij Stemmatis, & invictiſsimi roboris in inſignia nati: Plangunt adhuc ſuum ſidera Solem, & Ecclypſin paſſa Phœbea ſoror, & conjux adempta queritur conſortia lucis. Viduata languet ſuo Patria Patre, & deſolata ſedet, ceu mortis in umbra, non Urbium una, ſed Bojaria tota; lugent pullata Imperij capita, & Reges ac Principes diſsimulare neſciunt ſummum mœrorem; Ingemiſcit tremens Pontificia Sedes, & geminato peplo ſeſe velat vera Religio, ut in Archiſtrategi ſui inopina jactura uberius fleat, eò nunc anxia magis de ſuo periculo, quo graviora minatur conglomerata vafrities ſectariæ Hydræ, quam genuit Orcus, ſuáque fovet deteſtandâ potentiâ. Et quis mihi cum Deo ſacratis omnibus ſenſus, perdidiſſe Tutorem ſummum, cultorem maximum, & amantiſsimum Patrem? Et quis me cum pauperum grege, cum tot per beneficia devinctiſsimis animis oppreſſerit dolor erepto de Principe præ cunctis Munifico, quo denique congruo complectar eloquio? Ejulantes mirari non poteram, potuiſſem iraſci ſiccis oculis, & deteſtari corda duriora ſaxis, quæ tanta lugendi, nec ignota materies movere non poterat. Et tamen, ceu non fuerat ſatis ſpectare debuiſſe diram Libithinæ tyrannidem, cùm tantum ſterneret Heroëm; ceu non abunde tragica fuiſſet hæc ſcena feralis; vos Rhadamanthi Miniſtræ, Minoísque pediſſequæ umbræ in terrificum aliud me rapuiſtis theatrum, ubi ſpectatoris dicam, an auditoris partes explere cogebar, qui ad luctus qualecumque levamen Oratorem, in Principis Encomia promptum obire parabam, quò ſatisfacerem genio nihil non audere ſtatuenti.

Et quid denique ſpectare cogebar? quid jubebar audire? Proh! quàm non totis contremiſcerem artubus memorare compulſus? ſpectare cogebar, quantùm in obfuſo caligine loco, Areopagi de

more

more, cognoscere licuit, adorandorum quidem capitum, atque adeo summe venerabilem. sed tremendum non minùs confessum, quia pro tribunali sedentium judicum; cernere debueram huic magno confessui pios fisti Maximiliani manes ex una, actorum verò plures ex altera parte, qui nihil non egerant, ut exitialis sententiæ fulmen evocarent, quo culpas luat, ni posset diluere. Audire jubebar, in Martis collem, quem Areopagum nuncupant, transisse theatrum: collem de districto judicio, ac intemeratè servandæ Justitiæ zelo famosum: Collem, in quo, velut olim duodenos per Deos Gradivi Martis causa tractabatur, per senas tandem peracta sententias; ita de Bojco resumpta Mavorte sub Magno Maximiliani Emanuelis nomine celeberrimo à duodenis nunc Superis repetatur: Causa tantò per omnia gravior, quo majora adjicere pondera conabantur actores, ut reum efficerent, nec minora, qui tueri studuerant, ut insontem probarent.

Quis mihi tunc sensus, quæ palpitatio cordis, quæ mentis agitatio fuerit, cùm talia cernere, cum finem præstolari, dubiúsque manere cogebar, judicet is, qui novit expertus metiri motus animi periclitari cernentis, quem amat. At si vestros intueor vultus, qui bene precamini Manibus extincti Clementissimi Principis, quem jamjam animum vobis insidere credideram? sane, ut Electoris erepti de salute sollicitum, ita magna suspensum cupidine, noscendi, quæ fuerint acta? quæ sors accusati? quis denique finis tam districti Judicii? Ita si fuerit, finar respirare tantisper, virésque colligere, & quod Orationis jam patescit argumentum, laconica quidem, ut licet, fida tamen ennaratione perorabo. Sit ista Verborum phaleris orba, argutæ elocutionis sale destituta, nullísque Rhetorum floribus, aut exculta figuris, ut genus Dictionis, ut lugubre thema hæc abesse deposcit, sic Benevolentiæ vestræ nil detrahi sinat, quam dignitas causæ, & reverentia Principis jam magis magísque adaugendam deposcit. Favete.

VAh! quàm infida mihi fors est? ipsóne igitur in limine hæream? num in Orationis vestibulo cogar esse ambiguus? ambiguus inquam, sciendine finem plus cupidis adhuc, an me somniâsse creden, tibus loquar? sic nempe suspicari me jubet is animi languor, quem variatis in vultibus vestris legendam porrigitis, ceu dubitatione detenti. cur tremendo etiamnum tribunali submissum audiatis, quem vestro judicio, omniúmque sententia jam Divis adscriptum, haud ultra judicandum putatis: vel ideo minùs, quòd Areopagi judi-

cio fisti non competat illum, cui nondum patefcit, Mavortis Gradivi dicatur, five Martis Quirini vel Nomen, vel fortem, aut fatum congruere. Sed parcite, quafo, & indulgete triftato, ne dicam indignato nonnihil & remoræ injectæ, & admiflæ dubitationi: utrumque diluere fi prævie cogitis, antequam ordiar, non tantum difcuflum, fed clare cernendum, utrumque habeatis.

Et verò: quàm erit exiguum onus; quàm non magni laboris opus in noftro Heroe, & Heroum in Principe facratiorem, quia verè Chriftianum, & Magnum, quia *Boicum Martem* agnofcere, fi Genus, & ortum, Genium, & geftа, Munus, & connubium haud utrimque difparia perpendamus? fuerit Marti de cœlo genus, ortúsque de Numinum maximo, & vel progenitus Jove credatur, vel fola natus Junone, beneficio Floræ, quæ floris mirandi de contactu concipiendum edocuit, & conceptum vidit feliciter editum. Dicatur Martem bellicofa præditum indole, totóque raptum ad arma genio nupfiffe *Neriæ*, quæ *virtutem* fonat, ac *robur*, indéque magnum in Præfidem, vel Numen evafiffe bellorum, quæ nunquam geffit irato Parente, nunquam cum Jovis offenfa. Noftro protecto Heroum Principi non aliud fuerat, quàm genus de cælo, ortúsque de Numinis dono, Patrocinante Thienæo, qui magnæ Parenti, quia concepto gravidæ voto, fterilitatem deterfit, optatamque fæcunditatem obtinuit prodigiofo de flore, quem fumpferat ab altari; quamquam eâ quoque de ftirpe prognatus habeatur, quæ magna inter auguftas; coronas Imperii geftare non minùs, quam imponere nata; nonnifi Heroas, Davides, & Salomones, procreare confueta; de Minerva, & Pallade, de Lauris, & Olea, de virtutibus fummis, factísque ftupendis nunquam non maxima. Quis autem ambigat generofiore præditum genio, bellísque natum, cui fuerant arma inter crepundia, equos domare inter delicias, palæftras amare inter præludia? Qui militiæ rudimenta victorias pofuit, Veteranus de peritia, antequam tyro, vincere docuit, prius quam didicerat, meliori *Neriæ*, quia *robori* fanctiori, *Virtutique* Heroicarum maximæ nupfiffe quis dubitet? Quem non ad hoftium tantummodo damna, fed ftuporem; ad bellicæ fortitudinis non folum laudem, fed exemplar; & non tam ad commendationem militaris Prudentiæ, quàm miraculum, agmina duxiffe vidit Europa, & mirata eft Afia: Cujus Virtuti nulla fuerat invia via; qui tranfuadando tam fuppar Salo, quàm folo tenendo; cuneos æquè perrumpere, ac exercitus fternere doctus; Quo Magiftro in Architrategos evafêre tot Principes, magnis dein Victoriis clari,

in-

instruenda in acie, castrísque figendis, in urbibus expugnandis, eisdémque tuendis hujus exempla secuti: nemo bellorum Præsidem, nemo negabit *Martem Christianum*, qui sine Numinis offensa gestaverat arma, tam bella componere natus, quàm laudabiliter gerere.

Esto; hoc ipso culpatum, & *Areopago* submissum audiatis; idcircóne perculsum tremendâ sententia, quia districto judicarum à consessu, jam creditis? Non in fide sola, non in misericordia tantùm, & miserationibus, sed in judicio quoque, ac Justitia sponsari novimus animas Deo charas, nitidiórque redit innocentia pressa calumniis; nec auro pretium decedere dices, quia frequentiori examinatur in igne. Potuerit quandoque boni quidquam profluere ab ore pessimi, & verum aliquid ab hoste veritatis; Cæsare planè dignum & Cedro illud erat responsum, quo Julianus Apostata repressit Delphidium imponentem Numerio furtum, quod iste negavit, ut potuit insons, nec ille probavit, ut debuerat Actor: apprime quippe compescuit ingerentem. *quis erit aliquando nocens, si negare sufficiat?* reponendo: *Et quis erit innocens unquam, si accusare sufficiat?*

Accusaverint ergò, non ideò hoc ipso probavêre reum, quotquot Actores comparuisse audietis: culpaverint, inquam, *Boicum* hunc *Martem*, ceu solo jam nomine reum, ac Pœna dignissimum, quia famosum de titulo *Martis*, cujus latus non alij stipant ministri, quàm *Terror*, & *Pavor*: cujus pedissequæ non aliæ, quàm *Clamor*, & *Ira*: cujus antesignana *Discordia*; & armata facibus auriga *Bellona*. Si trita paræmiâ.

Nulla fides, Pietásque Viris, qui castra sequuntur.

quam fidem, quam reperiri Pietatem credetis in Viro, qui jamjam à Juvene castris addictus, ipsa sub Galea, ipsísque sub armis incanescere voluit; nunquam lætior, quàm, cùm classicum audiit insonare, nec magis hilaris, nisi cum legiones educere, agmina regere, præesse præliis, sanguinem spargere, regiones invadere, urbes evertere, ac cladibus inclarescere licuit?

Experti credite, (Thracum hæc est Turcarumque tristissima vox & indignabunda) experti, eheu! abunde nos fuimus hujus *Boici Martis* furorem, & contremiscit hucusque Ottomanica Luna ruptis crudeliter cornibus adhuc sanguine plena. En! cruore madentia vulnera, prostratas copias ferme innumeras, & diruta castra: En ereptas Hungariæ, Serviæque Metropoles, subtracta Regna, ipsamque ferme totam Pannoniam non fortitudine tantùm bellica, sed

feritate leonina. Et quoad sacrilegum noscatis animum, *Integerrimi Judices;* en dejectam millenis in locis Mahometis magni Religionem, eversa quamplurima fana, & violata Imperii nostri Jura violentâ summâ. Quin etiam, ceu non potuisset expleri sævitia dura damnis, nobis ab ipso illatis, quàm immane, quantáve pœna dignum censebitis, ferocitatem istam propagâsse in posteros, pientissimis alioquin Filiis parem indidisse animum, addidisse robur ad similes strages nobis infligendas? An non idem hoc est, quod detestabamini *Superi* per vestrum Prophetam (a) in Principibus Israël, quòd unum post alterum eduxerint de Leunculis suis, eósque fieri leones, prædam capere, viduas facere, ac Civitates docuerint in desertum adducere?

Sed utinam! (prosequi videbantur querelam Rheni, & Istri, aliorumque fluminum Accolæ) utinam! in barbaros solùm, & Thraces *Martis* hujus furor deferbuisset, nec tantundem Christiani Sanguinis sparsum, aut minora damna nobis illata fuissent, conscio non solùm, sed agente Eodem; esset tolerabile malum, & gementes sileremus: Nunc autem hostis noster pessimus Is erat, cujus crudelitas redundabat in Imperium sua tranquillitate deturbatum; redundabat in Sacra, per similia bella profanata; & redundat in *Vos* quoque, *Judices*, quorum timor, & reverentia pessumdata fuêre, vestrámque provocat justam vindictam.

An vero nos inulti recedamus? (insurrexêre quidam de Synagoga, quæ vocatur Calvini, Lutheri, aut Jansenij) an non vindicabitis nos, si quid æquitatis vestro reperitur in confessu? Nos, qui implacabile Principis odium tolerare cogebamur; hoc agente è latebris educti, è domibus ejecti, è templis pulsi, è Provinciis relegati, & solidam instillare Doctrinam prohibiti? An non semper veri Numinis Iram, & cælitum indignationem meruêre, qui Prædicationi Evangelij restitérunt. Purissimúmque Dei Verbum docentes præpediunt, ut insupportabile Pontificiorum jugum, & gravatorum onera, quæ digito tamen suo movere dedignantur, præ suavi, levíque Domini onere tueantur?

Quidni gravissimo graviori supplicio dignum judicabitis? (audent & illi petere, quos Principis Nemesis perire jusserat ense, furcâ, vel rotâ) nunquid dimittetis impunem, cujus sententiæ sæpe præcipiti, cujus prætextatæ Justitiæ, ut inopiæ nostræ, ac precatorum defectui in acceptis ferre debemus, quòd malefactorum sub schemate, turpissimâ morte è vivis sublati, dimidium annorum nostrorum

(a) *Ezechielis 19.*

rum ereptum lugeamus, licet plurimi noſtrûm ſolâ tormentorum ſævitiâ preſſi de inſontium albo in numerum reorum transferri potiùs, quàm diutiùs pati maluerimus? En ſanguis noſter de terra clamat, vindictam expetit, veſtrámque exigit intemeratam Juſtitiam.

Hæc audiens mente torquebar, &, heu! intra me dixeram, in quantis te accuſant Principum maxime? quanta dicunt adverſum te, proh! quam falſa quoque, nec convenientia ſibi, teſtimonia? Et hæc ſuſtinetis, Judices? & nemo ſit, qui tuas partes ſuſcipiat modeſtiſsime Princeps? Sed fallebar; culpatoribus quippe juſsis ſilere, & facultate dicendi obtentâ præ cunctis, atque pro omnibus.

Eſt, inferebat aſſurgens ſacra Fides, ſeu orthodoxa Religio, Eſt, cui *Boici*, *Magni*, *& Chriſtiani Mavortis* cauſa ſit cordi. Et quam, quam velata veſtram, *Integerrimi Judices*, reverear tolerantiam in audiendis Actoribus iſtis, quos à Judicii limine debuiſſet arcere vel ipſa eorundem Perfidia; quos veſtris conſpectibus reddit indignos ipſiſſimum nomen pluribus injuſtum, ceu adverſantes veritati, luminíque rebelles: Proterviam tamen ampliùs miror, quâ tot linguæ malignæ, ſolóque livore facundæ Majeſtatem veſtram non erubeſcunt offendere, tantas ingerendo calumnias. *Hic Vir*, *hic eſt*, quem mei tantopere commendat integerrimus Amor, qui non alia bellicæ fortitudinis ſuæ poſuit principia, quàm, ut Ottomanicâ pulſam tyrannide, & arctâ preſſam obſidione Viennæ, ab extremo periculo me liberaret: Nec alia deinceps imperterriti animi, ac militaris magiſteria roboris ſua voluit eſſe, niſi, quæ vel me propagandi ad Orientem, & ultra, verè Heroicus edocuerat Ardor; aut me tuendi ab illis inimicis, quos agro Dominico, dum dormiunt homines, politico depreſſi ſopore, tritico nociva ſuperſeminantes zizania horreſcere debeo; inconcuſſa mei Dilectio juſſit: Quo enim alio, quàm me propugnandi, ſtudio ea jam ſeneſcere incipienti excidêre verba, cuidam ſollicitanti, ac movere credenti Legato repoſita; *Enimverò, ſi pro fide Catholica res eſt, noveritis, hac etiamnum me hora paratum, ut galeâ tegar, loricâ veſtiar, ultimámque ſanguinis ſtillam profundam?*

Plangat inimica Barbaries vulnera ſua, cladésque maximas, lugeat ammiſſas Urbes, ereptas Regiones, & diruta fana ſacrilega; Impietatis vindicem, & Chriſtianarum Ditionum Meſque vindicatorem quisquis agit, jam veſtra, O Judices! præſcripta ſententia ſacerrimi *Martis*, & Sanctioris militiæ meritum præferet. Doleant Rebelles Eccleſiæ, & heterodoxi Miniſtelli de ſua præſcriptio-

ne, vel odio Principis, quem non latebant animarum maxima damna, Demollitio vineæ Domini, & ſanæ corruptela Doctrinæ, ubi vulpibus iſtis non præcluditur aditus, miretur, quisquis voluerit ſtricto ſemper ſtetiſſe gladio, ut, Cherubini de more, commiſſum ſibi Paradiſum tutaretur. Miretur illum, qui noverat optimè, quantis injuriis hoc hominum genus myſteriis meis inſultare conſueverit, quàm ſacrilegâ manu ſacra vaſa diripere, violare templa, expilare ſacraria, Deóque ſacratas in Perſonas debacchare non deſinat: Miretur, inquam, quod abominatione laudandâ, & perfecto odio oderit illos, quos vos quoque ſoletis odiſſe, ô Superi! Quonam igitur modo vel noxæ propterea reum, vel dignum pœna cenſeri permittam, qui vituperandus fuiſſet, ſi, cùm poterat exequi, divina neglexiſſet imperia, quæ vindicem mei, & Adjutorem fidelem ſemper conſtituunt. Quinimò; Ipſamet ego ſi ſtimulos addidi ad hæc bella gerenda, ad caſtra movenda, & agmina cogenda, nunquid, ſi culpa fuiſſet, hæc mea dicenda? Et verè, Ego, Ego illa eadem fui, quæ adapraveram arma, impoſui caſtrdem, præcinxi gladio, claſſicum cecini: Ego, quæ ſuggeſſi conſilia, roboravi brachia, mentem firmavi, omnemque cum illo armari volueram creaturam vos contra inſenſatos: Is ergò culpandus ſi foret, contra me ferenda eſſet ſententia, me luere potius, quàm illum oportet.

Vos verò qui eſtis? quos rubor non occupat, Chriſtiadum ſanguinem ad Rhenum vel Iſtrum & flumina quævis Germaniæ in his bellis profuſum, in hunc *Martem* verſantes? Siccine redditur malum pro bono? & quos Auxiliatore fidiſſimo, domeſticum commodum ſemper poſthabente, lætos perfrui contigit, in hujus nunc jurantes perniciem Vos Superi audiant, an potiùs perdant? Quis autem noxium dicat majori ſemper moderamine damni vim vi repellentem? quis congenita jura, & libertatem indubiam, propriámque Domum & ſanguinem tueri cupientem? Mearum quoque hoc pártium eſt jubere, ut illæſa cuiusque Jura ſerventur, quemadmodum vetare, ne certo ſuo jure utentes criminationibus ſubmittantur ab iis, qui verſantur in dubio,

Et quam denique Vos inter homines aut ſumme temerarii, aut facto, ut jure infames, vos puto homicidas, latrones, raptores & malefactores quoscumque, quam accuſationem affertis adverſus Principem iſtum? An, quòd nimiâ ſit uſus Clementiâ, dum vobis debita ſupplicia mitigâvit? An, quòd ea haud hilaris die eſſe potuerit, quâ feralem in vos firmare ſententiam cogebatur, vix unquam

quam minus se Principem ratus, quàm cùm morti vos tradi, jubente Justitia prohibere non debuit? Væ mihi! væ terris si Christianis Principibus coercitiva deforet Justitia, & tollere hominum probra, pestémque animatam aut negligat Nemesis, aut vetet clementia. Quid enim sunt Regna sine vindicante Justitia, nisi mera latrocinia, furúmque latibula? Duplicis ergo jam rei delicti, & quod morte luebatis, & quod inurere volebatis ustissimo simul & Clementissimo Principi, obmutescite miseri. Vos quoque erubescite lividi, quos aut torpor pro fide pugnandi, aut malevolentia docuit sarcasmum stolidissimum, & injurium omnibus sacrato, vel justo gladio cinctis, in hunc Martem detorquere, ceu nulla fides, Pietásque nulla potuisset inesse Heroi, quem Mei, quem Ecclesiæ, quem Religionis, Justitiæ & Libertatis tutorem, omnis, qui sapit, fateri debebat.

Benignitatem autem nunc Vestram imploro, *Integerrimi Judices;* Patiebamini me pauca dixisse strictim tundendis calumnianti. um linguis; in tanti quoque commendationem Clientis nonnulla promentem audire dignemini. Et sancta quidem Nomina vestra summa libare reverentia non ægre feretis, ut, quæ Boicum Martem ornare voluistis adjecta, in meritorum quoque cumulum Ipsi, & Vobis in gloriam versa memineritis, & hisce Nominibus vestris per Virtutes condignas, & non dispares actus adimpletis, non Heroum solummodo Principem, sed Heroum cœlo dignandorum Catalogo adscribendum censeatis. (a)

Ergò tuum, Athleta Christi, & Pontifex Magne, Sancte *Maximiliane* Tuum, inquam, celebre nomen, ut fuerat Principi primum, ita non potest esse postremum insignis meriti, & laudis Argumentum. *Magnitudinis & Magnanimitatis* istud est Nomen, ut *Altum animum* sonat (b) Heroemque jam signat, & Principem Magnum, qualem sine Magnanimitate nemo suspexerit, crediderit nemo, indignus enim utroque hoc titulo foret, qui aut despicienda venari, aut ulla pavere pericula, aut quâvis mutari fortunâ consuevit. Quàm autem magno in omnibus animo mensuram Nominis tanti æquabat *Maximilianus Elector?* ut nescius quippe

c † non

(a) *Supponitur, Duodenos inter Judices in Limine Orationis memoratos intelligi undecim illos Sanctos, quorum nomina Ser^mo. Electori defuncto p.^ma mem.^e in S. Baptismate fuêre imposita. Nempe* Maximilianus, Emanuel, Ludovicus, Maria, Josephus, Cajetanus, Antonius, Nicolaus, Franciscus, Ignatius, Felix. *Quoad igitur hi Judices faveant suffragio penes supremum Judicem Christum, argumentum eo collimat, ut pateat, judicandum non defuisse Nominibus, & illa explendo meritis non defuisse.* (b) *Ex Interp. Henr. Far.*

non fuerat, quòd magnis formidini latratus esse non soleant; nec illis sese moveri patiantur: nec generosi ad ullius occursum pavere Leones, aut capere muscas consuescant: sic ad loquendum malè de ullo, ne quidem de hoste, magnum Illius inducere nequiverant animum ora maledica; nec ulla terrere pericula, quantumlibet maxima, qui mortem ipsam, ut sæpe contemnere potuit minitantem; ita seriò venientem intrepide salutâsse cernebatur: fortunæ verò nec secundæ blandiri; nec siniſtram ullo metu dignari, vultu semper æquali utrámque recipiens, eandémque retinens in adversis personam, quam præseferebat in prosperis: Nempe se Principem ideò natum agnoscens, ut non populis solùm, sed fortunæ quoque dominari non nesciat; tunc autem autumans Heröis se Nomine dignum, cùm vincere semet in propitiâ, infidam vero noverit contemnere. Et quid de Magnitudine dixerim animi, quam tanta per Argumenta probavit in factis, dum nunquam non magna patravit, aut magna paravit? optimè gnarus, magnarum mentium esse, semper excelsa meditari, grandia semper moliri, séque, dum in magnis cogitatione versantur & opere, magnis quoque dignas existimare, nec quidquam vile, suóque inferius gradu sive comittere, sive admittere. Quo verò preconio eam celsitudinem mentis commemorem, qua munificentiam Magnificentiæ junxit, Fortitudinem Fiduciæ sociavit; æmulatione laudabili maximos quosque superare conatus, neminíque maturitate consilii, vel exequendorum ardore, Justitiâ, & Prudentiâ, Pietate, & Religione secundum se esse concedens? Vestrûm hoc erit agnoscere ô Divi! *Magnanimitatis* quippe nobiliores has partes vestris in Nominibus geritis, & omnes cum Nominibus vestris indidisse videmini *Maximiliano Secundo*, idcircò verè *Maximiliano*, quia nulli *Magnanimitate* secundo.

Sed nec *Pietate* & *Religione*, ut dixeram. Præsefert has magnas Christiani Heroîs conditiones tuum Nomen *Emanuel*, quem inter purpuratos. sparso pro fide sanguine nobiles, veneratur Ecclesia. (c) *Nobiscum Deus* vertitur hoc Nomen; nunquam autem id sibi non asserere poterat magnus *Emanuel*, qui Deum semper secum fuisse & experiebatur auxiliis, & mereri studuerat cum Deo semper religiosissimo cultu versando. Testentur pavimenta, in quibus prosterni consueverat demisso in terram vultu, velatum sub Panis specie Deum recepturus in Synaxi. Testentur compita, viaque circum mœnia longæ, per quas Religiositatis in exemplar, subducentibus

(c) *26. Martii juxta Mart. Rom.*

tibus etiam ſeſe, ſibíque parcentibus infimis, circumferendum in Sacramento abſconditum Deum nullâ temporis injuriâ, nullo tardatus negotio, ardenti magis corde, quàm face ſequebatur, non annis tantummodo ſingulis, ſed quoties licuit invitato. Pedeſtrem circuire, pluvio quóque cælo, cunctísque in templis ac urbis ſacellis paſſum pro Mundo, & ſepultum adorare Deum qui vidit, tenerrimam è vultu devotionem legebat, Suſpicientem in viris Deo ſacratis, non Ejus tantùm miniſtros, ſed rubentes Divino ſanguine manus eâ veneratione, ut oſculari potiùs voluiſſet ipſe manus illorum quàm ſuis ab iis id obſequii genus admittere, quisquis noverat, addiſcere potuit reverentiæ normam. Et quicumque diſſerentem audierat de divinis Myſteriis, de credendorum certitudine, de Romanæ Sedis ſanctitate, de ſummi Pontificis Auctoritate, & obedientiâ debitâ Chriſti Vicario, ſuo, ſuorúmque Sereniſſimorum Natorum exemplo perhibita, Principem cæteroquin ſumma perſpicacitate donatum, ſuum tamen adeò Intellectum captivantem in obſequium Fidei: ut hæc vel minimè in quæſtionem vocantes redargueret, *Heroëm* plane ſumma *Pietate*, & *Religione* præditum fateri debuerat. Silebo hujus viſenda teſtimonia in tot Sacellis, Altaribusque conſtructis; in tot Templis & Eccleſiis Ejus liberalitate dotatis; in tot cœnobiis & Aſceteriis Ejus munificentia ditatis, in Sodalitiis denique, ac cœtibus piis illius zelo fundatis, aut Ejus exemplo, vel acceſſione adauctis: Fuitne cujuspiam ſancti celebrius Feſtum, quod ſuâ non ampliare voluerit Præſentiâ tam in urbibus, quàm Ruri? Poterátne rogari, ut ſuo interventu cieret populum ad publicas preces, & plures quandóque in dies protractas Devotiones, quibus ſuam deſiderari Perſonam, cùm potuit, permiſerat? ceſſítne cuipiam in cultu tuendo, quem Lipſanis ſacris deberi cognoverat, noluítque forſan iis ſe, ſuámque Sereniſſimam Domum munire, & non ſacratiora reddere Sacella conſtructa, Illis à ſancta Sede poſtulatis? Me profectò tacente teſtimonium perhibebit de his, plurimísque aliis Religioſiſſimi animi ſignis nunquam intermoritura pientiſsimi Principis fama, quæ, ſicut in aliis, ita in *Pietate & Religione* nulli concedet vocare ſecundum: Edoctum nempe Prudentiæ ſuæ conſilio, quàm *Pietas* ſit *ad omnia utilis*, quantumque Principem firmet Religio, quæ ſola potens eſt Deum, omnis felicitatis Authorem, religare Principi inſolubili vinculo, à quo etiam Religionis nomen enatum eſt.

At quid? num Prudentiam iſta dictantem tuo cum Nomine non inſitam dixero Magne Rex, quia ſancte *Ludovice*? Eſt nomen

tuum *Sapientiæ & Prudentiæ* Nomen, ut *Prudens Ludorum Victor* interpretatur. (d) Meritò igitur deesse non debuit Principi, qui *Martis Christiani* celeberrimas partes adimplere debuerat. Quid enim necessarium magis Heroi censeatur, quàm vera Prudentia? qua sine nec arma valebunt, nec agmina, non Gazæ immensæ, nec magna potentia: proderunt hæc illi conjuncta, hoc sine oculo, hoc sine lumine nescientem uti, sicuti oportet, potentiâ, in præceps trahere, heu! quàm sæpe consuêverat ista? multùm valent teste Xenophonte manus plurimorum, plus tamen non rarò mens una in Principe sapiens; quodque viribus aliquando non bene creditur, Sapientiæ cedit frequentiùs: Quapropter, ut Minos in Creta Impe. rij clavo non fuit admotus, antequam contubernio Jovis dignaretur (quod Numinis cultum designat) ita sapiens Thebanus nulli concessit Regni habenas, qui prius in semetipso sapientiæ simulacrum non efformâsset. Nolueras ergo tuum Principi Nomen deesse *Ludovice*, quia prudentiam deesse noluisti: quàm igitur justè suffragio tuo favebis Eidem, qui ne deesset nomini tuo, totus in aurem transivit, ut Sapientis de more aliorum quoque audiret consilia (e) etsi, quæ propriæ mentis Serenitas suggerere potuit, tanquam ex tripode fusa, & oraculo fuerint simillima: Quàm juste, inquam, illi favebis, qui totus in oculum per Prudentiam abiit, ut circumspiceret omnia, & prospiceret singulis, speculum non minus, quam trutinam adhibens; præsentibus ita providè usus, ut præteritorum non immemor, futuris quoque consulere meminisset? Neque enim in bellis peritum ignorâsse quis dicet, quàm incertâ nonnunquam aleâ fortuna ludere soleat, & illis plerumque illudere, qui aut suis confisi consiliis, illorúmque nimium cum Catone tenaces; aut columbinæ sinceritati serpentis astutiam connectere nesciunt, vel negligunt. Voluerit etiam *Bavaro Ludovico* inconstans fortuna illudere, non aliter certe voluit, quàm suo rubore: *Prudens Ludorum Victor* extorquere noverat aleas; &, vel concepto in arena consilio ludentem ludere, vel infidam tolerantiâ vincere, cùm jussam desuper deprehenderat; non tam etenim tempori cedendum, aut fato, proficuum sciebat, quàm Superûm manibus suas committere sortes, qui nobiliori de urna perditas quoque, cum fœnore, reparare dignantur: Quidni Prudentiam istam, ut est longè sublimior, sanctiórque reliqua, & Christianum sapientem à Gentili secernit, è tuo Sancte *Ludovice* Nomine didicit, & exemplo? quin etiam illam, quæ Numinis cultu, cælíque præsidiis Regimina munit, & regna, ea vero

(d) *Ex interpr. Suidæ* (e) *Prov.* 12. 15.

vero Media præeligit cæteris, quibus & se, & omnia sua nunquam fallitura securitate tueatur?

Et quodnam aliud dixero certioribus certum, quàm in tua repertum tutela O MARIA! quæ Te colentibus nunquam deesse voluisti potenti præsidio, & materno subsidio? Studuit profecto integerrimo nunquam non cultu hoc Sibi promereri Heroum Princeps, amore quoque filiali nulli secundus, quamquam non filii, sed clientis infimi Nomen Illius modestia gestare voluerit, renovati Chirographo voti in reverentiæ testeram, & humilitatis argumentum nullâ dignitatis adjectione subscriptus. Singulare quidem ex toto non sit, ad solum *MARIÆ* dulcissimum nomen super se rapi; de Tua Clementia lubenter sermones contexere; Tuo præsidio sese totum commissum, Te protegente summis servatum de periculis, & nunquam fefellisse fiduciam suam in Te repositam palam fateri; indies te Cæli Reginam mysticarum serto rosarum & coronare, & coronari facere, ipsomet plebeis ad aræ scabellum non rarò præcinente: quin & sabbata tua illibatè servare: Singularia, inquam, ex toto non sint: characteristicum certe *Maximiliano Emanueli* censetur Natalis sui solennia non jam in epulis, & conviviis, non inter spectacula, & magnificos ludos, non per comprecationes, & vota populorum, ut plerumque solent Reges & Principes, sed, Syrio licet dominante, annuâ peregrinatione ad Sacratissimum Sacellum Oetinganum, exemologesi, & sacra Synaxi, ac diutissime ad Aram tuam procumbendo celebrâsse, quod rarò solent, etiam pauci, inter Reges, & Principes. Sit licet labor exiguus reperire scaturiginem tanti affectus, & obsequiosi amoris, si Tibi, sacratissima Virgo, devotam semper ex integro Serenissimam Stirpem Bavaricam contemplari voluerim, hæreditario quippe jure transisse in Filium, nemo non dicet; quis autem me arguat, si adstruere audeam, eum quoque profluxisse ex Eidem indito Nomine tuo, O *MARIA*! quod *Mare Amoris* nonnemini sonat, ut vel Eo solo in Tui amorem efferveseeret, qui otiose Illud unquam gestare erubuisset, nunquam verò destiterat imitatione singulari eo sese haud indignum probare. Est hoc Sacratissimam Nomen *Beneficentiæ* omen, quia *Stella Benefica* vertitur, (a) imo *Mare gratiarum;* ut Beneficentia igitur, ceu Regia dote Regium hoc sibi Nomen magis, magisque desponsaret, pronubâ pietate, auspice amore, ipsâ stellâ hymenæi faces supplente, Regiam profectò sibi propriam semper Beneficentiam voluit, vel munificentiam dicam. Ennatrent paupe-

 rum

(a) *Ex interp. Sand.*

rum greges, miserorúmque turmæ, in levamen inopiæ non millia aliquot, sed plura centena aureorum millia ab hoc Heróe profusa. Fateantur agmina militum plagas in bello, & vulnera reportantium copiosa sui Ducis pietate suppeditata sanationis subsidia. Adsint pupilli & Viduæ, Orphani, ac redacti ad incitas infortuniis vel incendiis, negentque, si possunt; certò derelictos scientis sibi defuisse tutelam, aut beneficam Principis dexteram. Loquantur Xenodochia, quàm liberali manu solabatur ægrotos; quâ commiseratione decumbentium dolores sentire sit visus, & quàm munifico semper affectu provisum omnibus esse voluerit. Noverat nempe Principum palmas tunc esse palmiferas, cum beneficas viderint inopes, & subveniendo magis splendescere, quàm sceptro. Noverat Munificentiam esse Dei viventis expressam imaginem, teste Alexandrino Clemente; Beneficia verò compedes aureas dici, & Herculeis potiores catenas, quibus populorum amorem sibi devinciant Principes; quin & Tito periisse diem illam, quâ nulli beneficus esse potuerat: Maximum igitur tuum Nomen *MARIA*, otiosum sibi esse ne permitteret unquam, non splendidum tantùm, sempérque beneficum sese sidus probavit, sed & *Mare gratiarum*, ex quo integra flumina in egentes profluerent, etiam non rogata; etiam in ingratos; artem illam exhorrescens, quâ plerique plus vendere, quàm conferre beneficia nôrunt.

Quod si superi vel ideò volunt Principes esse locupletes, ne plurimis esse benefici nequeant, aut impensâ desinant operâ; ut, qui pauperum labore recipiunt, quæcumque redituum nomine veniunt, inopibus reddant lubenter, & tunc se divites reputent, cùm plures ditare consuescunt: Adimplendæ quoque Justitiæ partem beneficentiam credidit, unde satisfaceret pariter collato sibi suavissimo Nomini Tuo Magne Christi Nutritie, selectissime Deiparæ Sponse, Patrúmque Maxime Sancte *Josephe*. *Justitiam* præsefert hoc Nomen, & æquitatem commendat; (b) *Incrementum* autem, vel *accrescentem* sacris in paginis sonat, & Ægyptiaca lingua *Salvatorem*, qualem experta fuit Ægyptus in magno Israëlis filio, fratrúmque suorum Servatore Patriarcha Josepho. An non autem, *Virorum Justissime*, integerrimum videras cultorem *Justitiæ*, & æquitatis tutorem in *Electore Josepho*; nec illius tantùm Justitiæ, quæ præsidet foro, & tutelare Judiciorum est Numen, vel Nomen: sed quæ omnium quoque Collegium format virtutum, & parens habetur Heroicarum Actionum, quales haud dici merentur,

quæ

(b) *Ex interpr. S. Script.*

quæ non ex integro Juſtitiam ſapiunt? Sit paris æquitatis officium remunerare meritos, & flagitioſos punire; conſcio planè hoc Principe tam parum bonis licuit eſſe miſeros, quam impiis felices; cui unica norma regendi ad honeſta pellicere magnis præmiis, deterrere à turpibus magnis pœnis, nec quemquam velle inter homines vivere aut impunè malum, aut gratis bonum. Num verò creſcentem à puero in omnibus illis, quæ decent Heroëm, & magnorum efficiunt Principum normam? Num incrementum cultus Divini, Religionis, & Juſtitiæ non videras in tui nominis bajulo? Cuncta profectò perire ſibi priùs, quàm infirmari Juſtitiam, & omnia ſua potius ſe perdere velle, quàm vel uni negare, quod illi deberetur, quisquis aſſeverantem audivit, Ideam Principis Juſti negare non potuit. Quantò verò minùs, dum curantem ubique vidit, corrupto cæteroquin in ſæculo, militarem diſciplinam: caventem ſummopere, ne bellatorum libidine, & avidate prædantium nimium paterentur ſubacti, magis, ne ſacra tangerentur; Nulla de tantis victoriis ſpolia ſibi, quàm heroicæ laudem virtutis cupientem; plurima denique meritum, nihil quærentem; & ut aliis Regna conquireret, ſuamet inſumentem, quantò inquam minus negare quis potuit Juſtum, qui ſibimet ipſi tam arduas leges injunxit, injunctas ſervavit? Et quis contradicat Salvatorem fuiſſe Boici Mundi, quem reducem cuncta ſenſerunt elementa, & quæ cum abſente, ceu Sole, jam velut corrumpi cœperunt, eodem revecto innocua eſſe didicêre? Vitia ſua tabidus aër, avaritiam ſterilis terra correxit, Vorace tectorum flammas ignis in feſtivas faces convertit, dulciore latice Rivi manârunt, deterſas ab omnibus genis amariſſimas lacrymas, ipſúmque cælum ſereniori facie ſalutâſſe Sereniſſimum omnes cernebant.

Séreniſſimum, ajo, cujus mentem, aut vultum nulla finiſtræ ſortis obfuſcare poterant nubila, quin rediret ſerenior, cujus frontem, vel animum, ut involveret ulla caligo, enervis fuerat quæcumque affligendi ſe ratio, quantumvis maxima; ut nemo non dicere poſſet Olympo ſimillimum, infra cujus verticem tonat, in cujus vertice ſemper ſerenum eſt. Me quidem non latet ea cauſa, quæ Privilegium tam grande parturiit; nec enim alia fuerat, quàm jugis & viva memoria, etiam ſe Nominis Tui inſignitum fuiſſe honore Magne Pater *Cajetane:* hoc meminiſſe juvabat, ut Sereniſſimus ſemper reperiri potuerit; ne tanto degenerâſſe à Patre, tantóque diſformem Nomini ſuſpicari quis valeat. *Cæli Suſpector* (c)

(c) *Ex interp. Monac. in char. Evang.*

vertitur hoc Nomen, & ſpem ingerit, *fiduciámque* gerenti; Ea verò cælum ſuſpicientis, uti cuncta de cœlo diſponi credentis, ſolet eſſe fortuna, ut triſtitiæ nunquam ſuccumbat, nullóque devenuſtetur mœrore, qui ſtatum ſerenæ mentis evertat: Ea in cœli clementiam ſpei, & integrè fixæ in providum Numen *fiduciæ* vis eſt, ut, quemadmodum tergit omnem puſilli animi nœvum, ſic non concedat, vel dilata de ope turbari; vel de ſecutura, etſi necdum vel à longe videnda, quam optima ſorte dubitare. Quàm verò magno hoc Patrimonio divitem, ut nunquam non volueras *Principem Cajetanum*, ſic abunde vidiſti *Thienæ*, at ſimul etiam Sereniſſimum ſemper? Non ita Macedoni, Magno licet immeritò dicto, theſauri maximi loco ſibi reſervata ſuffecerat ſpes, poſtquam cuncta diſpertiit; quàm ſua in Deum fiducia huic magno Heroi, etſi cuncta perdidiſſet. Non plus magnum fidei, & multarum gentium Patrem contra ſpem in ſpem credere docuit divina promiſſio, quamquam de terra ſua, & de cognatione ſua, (d) & de Domo Patris ſui fuerit juſſus exire; quàm ſemper Deo fidentem hunc *Boicum Martem* ſpes fixa firmaverit, ut dubium nullum admitteret lætiora videndi, etſi cedere tempori, cœlíque directioni obtemperare ſit juſſus. Dicerem, Machabæam in *Sereniſſima Adelaide* Matrem docuiſſe frequentiùs Principem Filium: *Peto Nate, cœlum ſuſpicias*; (e) adeò, ubi cuncti deſperata jam crediderant omnia, ſolus *Maximilianus, Fiducia* quoque in Deum nulli ſecundus, & vere *Cajetanus*, quia *cœli ſuſpector*, ridere potuerat, & optima quæque ſibi promittere, quia dimittere non noverat ſpem qua firmiſſime fuerat junctus ſupremi Providentiæ Numinis, *quæ vulnerat, & medetur, deducit ad inferos, & reducit*, (f) cunctáque dirigit in optimos fines & finem malorum præfixo ſibi tempore dare conſtituit. Dicerem, inquam, niſi fallituræ nunquam tam ſanctæ fiduciæ Te Magiſtrum agnoſcerem, tuumque *Cajetane* collatum, ſempérque memoriæ hærens Principis Nomen. Anne igitur Tui Nominis, & Doctrinæ ſectatorem fruſtrari nunc ſines filiali fiduciâ, quam eò majorem in tuo ſuffragio poſuit, quo nexu ſanctiori unus alteri jungitur? Tu Patrocinio tuo ſuſpiranti Bojariæ Principem de Cœlo voto devinctus obtinuiſti; nec ingratum feceras naſci, qui non tantummodo frequentiſſime Verbis id fateri non erubeſcebat, ſed ſua Munificentia probavit in factis, Templum Tibi dicatum, ſe propter incæptum, ad ultimum quaſi conſumatæ Magnificentiæ gradum reducendo: Sperantem ergò nunc quoque revocandum per Te ad cœlum, à quo naſcendum impetrâſti, num tuo deſtituere potes ſuffragio?

Tan-

(d) *Geneſ. 12.* (e) *2. Machab. 7.* (f) *Job 5. Tob. 13.*

Tantum hoc abeſt à tua pietate *Thienæe*, ut potiùs laudare non deſinas prorogatam fiduciam, quam in Principis inter Apoſtolos Verba repoſuit; *& quis eſt, qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis?* (a) Hac enim ipſâ fiduciâ tuum inſuper promereri ſuffragium ſtuduit *Antoni* mirifice, dum nec acquiſito Nomini tuo deeſſe voluerat. (b) *Magnorum æmulator* ſonat hoc Nomen *Antonius*. Illámque præ-ferebat, ut verum, *æmulationem* laudandam, quæ magnorum ſemper Calcar virorum, Chriſtianis autem Heroibus nunquam non fuit ſa-cerrimus ſtimulus ad ſimilia facta, quæ quibus vis in optimis ad imi-tationem virtutis æmulanda noverunt. Parcite Divi, ſi ſolo hîc utar compendio, & nec veſtras, nec aliorum Ideas commemorem; faciliùs etenim me tota deſtitueret dies, quàm ut màximas dotes, vel facta heroica, vel omnium Nomina recenſere ſufficiam, quorum *Æmulator* honorandus, quorum Sectator eximius, quorum ve Simula-crum perfectum, & Ectipon vivum, ac conſummatiſſimum fuerat Epitome Heroum hic Princeps. Noverit, licet, ut peregrinus non fuerat in quibus vis hiſtoriis, Herculem tot inclaruiſſe laboribus, ho-minis quaſi vires ſuperantibus, quia Satorem ſuum æmulari conſti-tuit: Herculis famâ ſtimulatum Achillem, in illum evaſiſſe Heroëm, quem adoraverit Græcia; Achillis inanimatam venerando ſtatu-am exarſiſſe Alexandrum ad majores victorias & regna capeſſenda. Alexandri gloriam æmulari volentem Julium Cæſarem non aliam ſibi laborum, Prœliorum & factorum metam maximorum conſti-tuiſſe, quàm totius Romani Monarchiam Imperii. Noverit hæc, inquam, & plurima talia, ut minùs tamen Se digna, quia Ethnica noſ-cens, legíque noſtræ diſſona multùm exempla, ſi ſapienter reſpuerat, vituperandus non fuit, cui facilè fuerat in propria ſereniſſima ſtirpe, & Domo ſemper Auguſta illa reperire, quibus ſive majora ſive ſan-ctiora vix ullibi ſicuit invenire. Ita nimirum ex ſuis *Ottonibus* & *Ludovicis*, ex *Albertis* & *Guilielmis*, ex *Maximilianis* & *Ferdinandis* in epilogum evadere datum eſt omnis pietatis & Juſtitiæ, omnis Magnanimitatis & Sapientiæ, omnis manſuetudinis & Religionis, vir-tutiſque demum omnis tam bellicæ, quàm Regentibus debitæ, omni-úmque dotum illarum, quæ decent Heroëm, & Heroum conſtituere poterant Principem, ut omnium horum laudatiſſimum *æmulatorem*, & *æmulatione magnorum* nulli ſecundum, conſtituê.e *Maximilianum Antonium*.

Eccur autem inter æmulanda, vel æmulatione conquiſi a in laudis augmentum non etiam aſſerebam in fortitudinis maximæ

(a) *Petr.* 3. (b) *interp. Hiſt. Rom.*

exemplar evaſiſſe, quem cunctas complexum virtutes extuleram ? Cur veluti fortitudinis immemor præteriiſſe videbar illam virtutem, quæ ſola magni Heröis elogium complet, quave deficiente ornamento quidem eſſe poterunt cæteræ, haud perfectum efficere Heroum in genere ? Non incaſſum, nec caſu, nec oblivione, ſed exiduſtria tacuiſſe cognoſcar. Tibi ſervari juſſiſti, ceu tui ſingulare ſuffragii meritum, complementum iſthoc Heroicarum virtutum, Morum Magnitudine nulli inferior Sancte *Nicolae* : quippe qui cum Nomine tuo illud ipſum impreſſum, & factis expreſſum in animo Principis eſſe volebas. Quid enim non reboat magnum glorioſo in hoc Nomine ? ſi græco credendum interpreti *Victoriam* dicit *Nicolaus*, vel *Victorem*, *fortitudinem* autem, atque *Conſtantiam* ſimul complectitur ; characteres profectò, ſi alicui datos, huic *Boico Marti* uſque adeo indelebiliter proprios, ut dubio procul Heroum Principem magnum efforment. Ardua non horreſcere, ſed aggredi ; pericula non pavere, ſed vincere ; adverſis non frangi, ſed roborari, Heroum ſit, at non alterius eſt, quàm fortitudinis opus. Ut verò nulla formidaſſe diſcrimina ; nihil, quod ardui nomen habet, declinaſſe ; nullis depreſſum ſiniſtris eventibus jam audiviſtis ; ſic illud inſpicite pectus, quod, ceu ſuorum Ancile, hoſtibus ſemper oppoſuit in diſcrimina primus; ad Albam certe Græcam eò uſque progreſſus, quò nec Triarium ulla parendi neceſſitas, nec Gregarium ulla mercedis aviditas impuliſſet ; Seipſo enim loricatus animus ibi primas voluit partes, ubi privilegium fuiſſet, eligere potuiſſe poſtremas ; Pectus, inquam, illud inſpicite, & eum ſingulari fortitudine prædi'um, & magnum proinde inter Heroes fuiſſe, ſi fas eſt, negate. Marpeſiæ cautes, quas nullus moveat procellarum incurſus; Inconcuſſæ columnæ, quæ nullo turbinum flectantur afflatu ; Adamantes Eoi, quos nec ferro domabis, nec igne, debeant reperiri Heroës ; ſola tamen fortitudine ſolidatos ſe dicant; ut autem inconſtantis fortunæ turbidiſſimos fluctus ; ut livoris, & malevolentiæ acerrimos ictus; ut calumniantium ora, honoríſque penas læſivas, & velut in viſcera flammas graſſantes deridendo viciſſe jam noſtis; ita *Victorem* ſummæ fortitudinis laureâ decoratum, & majorem inter Heroës agnoſcite. Sint, ille in aquis, vel mari Piſcis, qui Gladius nuncupatur ; Sint, in terra Rex animantium Leo; in aëre Regina volucrum Aquila; in igne felicis Arabiæ prodigium Phœnix, nobiliora Heroum Phreno ſchemata ; quia nunquam ſine armis Heroëm oportet eſſe cum Gladio; ſemper intrepidum cum Leone ; fulmine nullo terrendum cum Aquila; & cum conſumpti reputantur, cum Phœnice ſua

ſa-

fata triumphent, magísque glorioſi ſuo velut è cinere reviviſcant; Ut privilegia iſthæc ſola dare eſt apta *fortitudo*; ſic Electorem *Nicolaum*, qui ſub Galea & armis incanuit, impavidus Leo ad omnem terroris occurſum, ſublimis ut aquila, nullo minarum fulmine terrendus; ſuos denique rogos, ſua fata triumphans è conſtructo per maledicam pennam ſepulchro gloriæ ſuæ illuſtrior rediit, Heroum Phœnicem immortalis fama loquetur; Heroum, ajo, Phœnicem, ſuis continuò redivivum in Poſteris, cuius conſtantiæ & fortitudinis plura argumenta non quæras, cùm exempli ſui violentia Thetſitem ipſum Achillem fieri coegiſſet, iis implere ſolitus animis ſe ſecutos, ut, eius æmuli fortitudinis, ad fines prope temeritatis accederent; De victoriis eius plurimísque tropheis jam ultra non loquor; Innumeri Hoſtes, Barbaríque proſtrati eas ſuo cruore æternitati jam dudum tranſcripſerant; nec ipſemet eas tantopere reputat illius *fortitudinis* teſtes, quæ vera eſt virtus, quàm quæ ſuimet *Victorem*, ea propter & fortibus cunctis fortiorem, & illa dignum probat corona, quam datam vidit Joannes (c) exeunti vincentem, ut vinceret eâ victoriâ, (d) quæ patientem conſtituit meliorem viro forti; ut dominantem animo ſuo cunctis expugnatoribus urbium.

Mirandum quidem non admodum parer, hisce clariſſe victoriis, qui & victoriam præſetulit in Nomine *Nicolai*, & tuum ſibi nomen in factis aſſeruit *Franciſce*, vel ideo Maxime, quia minimus dici deſiderans. *Temperantiam* docet hoc Nomen, utpote *ſibi ſatis* interpretatum; Quemadmodum autem ſæpiùs pereunt, & perierunt Victoriæ plurimis, quibus temperantia periit; nec cupiditatum ſuarum Victorem, multò minus Heroêm, aut Gula denominat, aut non devicta bibendí Libido; magnis ita, ſuimet victoriis celebrem, Heroibus virtus adſcribat, ut antiquitas dudum commendaverat Principem, quem nulla vincit Ebrietas, quique Limitibus juſtis ſua circumſcripſit deſideria. Anne verò Principem magis ſobrium, temperantiæ plus ſtudioſum, & vino ſe obruentes amplius averſantem vidit Europa, quàm *Boicum Martem*? qui *ſibi ſatis* ſemper æſtimavit, quod parciſſime ſumpſit; ſuo volens exemplo docere, poſſe Martem ſine Baccho non ſolùm eſſe generoſum, ſed tunc, ut ſibi, ſuísque magis præſentem, fortiorem evadere, & pluribus inclareſcere palmis; Sanctiora quippe ſemper ſobriis ſolent eſſe conſilia; & majori prudentia frænantur impetus illi, quibus in præceps ſæpè ſæpiùs agmina duxit intemperantia; Plorat etiamnum Holofernes ſe caput, & caſtra perdidiſſe, quia temperantiam perdidit; Plo-

rant

(c) *Apocal. 6.* (d) *Prov. 16.*

rant cum ipso tot exercituum Præsides sua agmina diruta, quia vino se obrutos; & ultimo tincta cruore, quia mero sepultos; Plorat denique ut cæteros taceam, famosus Alexander, penes virtutis cultores magni sibi nomen periisse, quia sibi à vino temperare nesciebat, pluriúmque proinde celebriorum se sanquine Ducum fædavit Noverat hæc *Christiano Boicus Mars*, &, omnis victoriæ hosti, intemperantiæ hostis evasit. Novi quidem etiam ego, non in solius continentia potus temperantiæ summam consistere, & acriorem pluribus pugnam ennasci vel à motibus iræ, vel à cupidine auri, vel à confinium suorum angustiâ, & inde natâ dilatandi imperii fame. Nunquid autem magne *Francisce*, tuum etiam nomen explevit in eo Heroum hic Princeps, quòd *sibi satis* crediderit terras illas, & opes quas hæreditario Jure Numen addixit; invidere nulli sua sceptra, nullius Regna vel cupere, vel quærere solitus. Avaritiæ plane ita semper bellum indixit, ut aurum illud plus suum habuerit, quod effudit in alios, quàm quod Patria dedit, aut amor habendi potuisset corradere; ad majora Se natum existimans, quàm ut opum mancipium esset, qui Principis Gloriam, non in Thesauris, & gazis, sed munificentiâ posuit, tunc satis se divitem ratus,, cùm posset ditatis imperare. Quàm verò temperare consueverit impetus Iræ, quorum turpitudinem sapientes quoque græci horrere, irâque correptum ad speculum ablegare solebant, fateantur beati, ut servos Salomonis Regina Sabæa vocabat, qui jugiter astabant coram Ipso; Mansuetudo prôfecto tota legebatur in facie, & affabilitatem picturus solum hunc Martem pingere potuisset, habentem pro symbolo cordis magnetem, qui fortius animos, vi tamen suavi, quàm ferrum trahebat; vel potiùs Symbolum tibi proprium semper, Magne *Francisce*, tuòque nunc etiam exercendum suffragio, in quo legitur *CHARITAS*: Ita nempe tuus *Princeps Franciscus*, cuncta temperabat amore, ut etiam, cùm voluisset, severus in suos esse non posset,

Fuerat tamen unum, in quo sibi temperare nesciebat; & illud unum indidisti cum nomine tuo magnum Ecclesiæ columen Sancte *Ignati*; sed ita indidisti, ut simul in Arrham tui certi suffragii continuò servatum serviret. Ardor is fuit, quem mei, ceu fidei ac religionis, seu Deo debiti cultus tuendi inextinctum nutriebat. Sonat jam ignem tuum Nomen, & *Ignis* vertitur *urens*, *ardorem* itaque cum Luce præsignat, Quo verò compendio *Ardorem* hunc Principis, & tam grande Heroicis factis Nomen expressum nunc eloquar? Gratulor mihi jam Religionis amorem non nihil dilaudasse *Emanuelis* in Nomine, ut plurima paucis complecti hic liceat. Ah quàm

specio-

ſpecioſo ardore hucusque fulgurantem mihi cernere videor enſem illum, quem juſta indignatione commotus, & intimis præcordiis ardens, ob illatam velatæ ſub Euchariſtico pane Deitati ſummam injuriam, hic zelotes eduxerat, ut execrandam præſcinderet manum, & in fruſta conſcinderet orci miniſtros, quorum impietate, & ſacrilegio maximo in ſordes projectas videre contigerat ſacratiſſimas azymas? Heu! delapſus ab equo, & adorabundus in terram proſtratus tenerrimè doluit: Heu diviniſſimum Numen; ſiccine tuæ te colunt creaturæ? Eone inſanientium furor prolabitur, ut, quod Sacramentum Angeli trementes adorant, ſæpiſſimè venerabantur Bellua, Dæmones ipſi verentur, impii, nefarii, ac nullâ non ſtyge plectendi tantâ dehoneſtent veſaniâ? Magne Deus! hæcne patiar? & non ulciſcar ferro & igne tantum nefas? ubi? ubi eſt illa temeraria manus, ut hoc enſe præſcindam, qui Te, tuumque vindicandi honorem totum ſanguinem effundere paro? Utinam! Te tollere hisce de ſordibus mihi liceret, & adamantino ſervare in ſacrario! ſed, quod mihi non datum eſt, Sacerdotis ſine morâ vocandi compleatur officio. Num autem hoc facto vere Hëroico ſatiatum quis credet ardorem? Nil minus, ſed magis urentem. Hinc, ut in Metropoli ſuæ Bavariæ per adorationem perpetuam, & nec noctu, nec diu interſtitio ullo rumpendam, irrogatæ ab impiis, atque ſacrilegis tanto Sacramento compenſarentur injuriæ, integrum Parthenonium cœtum introduci, fundari, & inſtitui voluit. Quinimò ne ſacratis Deo locis irreverentiæ ultra ſit locus, ſingulis templis ſuos dari juſſit monitores, qui ſilentium exigant, immodeſtos redarguant, ſalacesque compeſcant. Quod ſi *Ignem urentem* pro Gloria Dei, & ob ejus offenſas exardeſcentem demonſtrare expediat; proprium illius pectus inſpiciatur, videre cætera licebit ex hoc uno, dum tantopere incaluiſſe cernebatur ex ſola conſideratione, quàm ſummo diſpliceant Numini hominum peccata, quanta ſit horum ingratitudo, dum ſumè Bonum, ſumè beneficium, ſumè dignum amore, ut immenſo hominibus junctum amore, non erubeſcunt offendere, debitámque reverentiam, obedientiámque negare. Tantopere, dico, incaluiſſe in ſemetipſo, ut in ardentiſſima Lacrymarum ſtillicidia cor illud ſemper impavidum eliquaretur compunctum: Illud inſuper emiſerit votum, non tantùm in ſe omnem præcavendi noxam lethalem, ſed potiùs vitam ſibi tolli ſe velle, ſi prævideat Deus, quòd unquam ad ullum peccatum, protractâ vitâ, laberetur. Poteſtne ardor amoris altiùs ſcandere, quem tuo indidiſti nomine Sancte *Ignati*? Plane ſub tuum aſſumpſiſſe Præſidium jam cernebaris, de-

cumbenti in tuis assistendo Filiis, divina timentem judicia roborando, contritum expiando, & ad ultimum usque spiritum consolando : memor nimirùm ardoris in Te colendo, & quali veneratione institutam à Te pro Gloria Dei, pro Fide propaganda, & tuenda, per totum orbem celeberrimam in Societatem semper ferebatur.

Quam omine verò felici coronidis loco huic *Boico Marti* fuisse dicam collatum auspicatissimum Nomen tuum Beatissime *Felix ? Beatitatis* coronam haud dubiè præfagire voluisti inaugurando tuo Nomine, quod jam non terrenam felicitatem præsefert ; (a) *Plenus bonis* idem est, ac *Felix : Beatitudinem* ergò præsignat ; nec tantùm illam Beatitatem, quàm Heroica cum Apathia, ceu Philosophicæ metâ felicitatis assecutum Stoa credidisset, si tranquillitatem notare potuerat illius animi, in quo tristes omnes affectus ad rationis Aram mactati referabant aditum ad templum Pacis internæ. Magis tamen beatum cantare non dedignabitur Jæsseus Rex & Propheta, quia non abiit in impiorum Consilio, (b) nec speravit in pecuniæ Thesauris, nisi quos confidendo in Domino, illúmque timendo, (c) intelligens super egenum & pauperem in horum misericorditer sinum effuderat, ut in die mala liberaret Eum Dominus. Noverat felicitatem omnem terrenam ipso jam afferre cum Nomine Fel satis amarum, illis præsertim æternum, qui suam in ea beatitatem reponunt, neglectâ virtute, quæ sola perenniter beatum efficere potest, sicut verè felicem in tempore. Ut autem mediocriter felix tam grandis animus esse noluerat ; sic nec aliâ contentus virtute, quàm verè Heroicâ, & hac locupletari præ cæteris ut nunquam non studuit, ita per eandem sibi veriorem comparare felicitatem, quæ sola tunc vera est, cùm fuerit æterna. Ergò perorate non desine, Beatissime *Felix*, pro tam digno tui Nominis Bajulo ; vocabatur is merito *Felix*, utpote *Plenus* fide & charitate, *Plenus* magnanimitate, & Pietate, Prudentiâ, & Beneficentiâ, Justitiâ, & in Deum Fiduciâ, *Plenus* bonorum æmulatione, & fortitudine, temperantiâ, & ardore, virtute plenus Heroica, atque adeo *Plenus bonis* omnibus illis, quæ bonum & optimum, quæ Heroum, & Principum, quæ denique Beatitudine dignum æternâ efficiunt Principem. Te perorante *Felice* cum reliquis ad supremum Judicem *Christum*, feliciter absolvendum non ambigo Hunc *Boicum Martem*, quem Ipsemet novit jam *JESUS* non solùm in corde, sed factis manifestiùs portasse Nomen tam sanctum coram omnibus Gentibus ; propugnasse tam armis quàm sanguine ; propagasse quoque victoriis ad terminos

Otto-

(a) *Ex Interp. Schol. in Eth.* (b) *Psal.* 1. *Eccli.* 31. (c) *Psalm.* 40.

Ottomanicæ Lunæ,& ultra: verè proinde ſeſe *Martem* probaſſe *Chriſtianum* in Fide & Religione,in Verbis & factis,in vita & morte,atque ad ultimum uſque, quem duxerat,ſpiritum. Oratorum vobis, O Divi! fungentibus munere,lubens tacebo,quamquam pro merito tanti clientis vix dimidium dixerim.

Dixerat vix iſthæc fides orthodoxa,& obductâ cortinâ, quod reliquum erat judicij,ſecretis peragendum ſuffragiis videbatur; nec abſcedere juſſis cæteris cunctis,audire aliud,aut cernere licuit, quàm quodam à Genio cortinæ appenſas ſenas tabellas Lauro ornatas, & oleâ,in quarum ſingulis ſinguli Verſus inſcripti legebantur, quos, an ſententiæ loco appenſos voluerit,non ego dijudico, ſed refero in hæc verba legendos.

I. Maxime,qui tanti Menſuram Nominis imples,
II. Et qui tantorum Nomen,& Omen habes.
III. Non ſola hîc reſtat tam magni Nominis umbra,
IV. Conveniunt factis Nomina digna tuis.
V. Semper Honos,Nomenqúe tuum, laudesqúe manebunt;
VI. Atque tuum toto Nomen in orbe ſonat.

FINIS.

11742

Pol. F
1F
06 I 2 09

Rheiss

256

IG